5206. D · M · S ‖ M · VRBICIVS ‖ FAVENTINVS ‖ IPOCOBVL-CIE‖ENSIS[1]) ANNOR ‖ XXXXV · P · I · S ·[2]) H ‖ S · E · S · T · T · L — *Carcabuei* regni Cordubensis. *Mem. de la R. Acad. d. l. hist.*, Madrid, t. VI, 1821, p. LXIV.

1) Civitas mihi certe ignota. 2) *Pius In Suis*; cf. n. 159 et 4697.

5207. *imp · caes · d · hadriani · fil · d · traiani* ‖ *parth* · NEPOTI · *divi* ‖ NERVAE PRON T AELIO HA‖DRIANO · ANTONINO · AVG · PIO · · · ‖ · · · · MIROBRIGENSIVM · · · ‖ · · · LICINIVS · LICINIANVS — *Cerca de bel Alcazar y de Capilla.* Codex ant. Ortii Veronensis, p. 130; dedit Borghesius.

5208. NVMINI · DIVORVM · AVGG ‖ C · POBLICIVS · FORTV-NATVS ‖ M · F · NESCAN ·[1]) ARAM ‖ SOLO · PVB · S · P · D · D · D — Nescaniae. Ex eodem codice.

1) NESCAN*iensis*.

5209. C · MOCCONIO · C · F · FAB · VERO ‖ PRAETORI · LEGATO · PR · PR ‖ PROVINCIAE · ACHAIAE · TR · PL ‖ Q · VR-BANO · $\overline{\text{III}}$ · VIR · CAPIT*ali* ‖ TRIBVNO · LATICLAVIO · L*egionis* ‖ $\overline{\text{VII}}$ · GEMIN · AT CENSVS · ACCIPI*en*‖DOS · CIVITATIVM · XXIII · · · · · ‖ VASCONVM ET VARDVLORVM ‖ VIXIT · ANNIS · XXXVI ‖ EX TESTAMENTO — Rep. in Via Praenestina ad Turrim quam dicunt Sapientiae, nunc in villa Coelimontana marchionis Campana. Kellerm. Vig. 252; vidi ipse.

5210. Mense Ianuario anni 1852 in fundo *Vicarello* ad lacum Sabatinum sito, ubi veterum Aquas Apollinares fuisse iam maxime pro-

babile est, quum fontis salutiferi antiquum instauraretur receptaculum, in ipsa aqua praeter magnam molem aeris rudis quod dicunt, nummosque permultos aeneos, alios quidem fusos aevi antiquissimi, alios cusos ad tempora posteriora liberae rei publicae et imperatorum aetatem pertinentes, vasa nonnulla aerea et argentea reperta sunt, quorum plura Apollini, Nymphis, Silvano dicata erant (cf. nn. 5701. 5767.), tria vero argentea in formam miliarii redacta itineraria a Gadibus Romam usque inscripta exhibent. Quae quum diversis temporibus concepta haud paucis et numeris et mansionum nominibus inter se differant, ita ea hic proponenda esse censui, ut commode inter se comparari possint. Collato autem cum iis itinerario Antonini, id, quod tertio loco proponemus, cum hoc magis ceteris conspirare patet, illud contra, quod primo loco legitur, haud paucas mansiones exhibere, quae in Antoniniano iam non reperiuntur. Itinerarium denique secundo loco prolatum pluribus quidem et numeris et nominibus cum tertio convenit, sed nonnullae mansiones in primo obviae in eo quoque exstant, licet in tertio desiderentur. Quae quum ita sint, facile apparet, antiquissimum certe esse itinerarium primum, novissimum tertium, secundum autem ante tertium et post primum exaratum esse. — Quae varie in singulis leguntur, ita explicanda sunt, ut in commodum peregrinantium mansionum numerum paullatim auctum, viis per planiora directis substructisve rupibusque excisis, locorum distantiam hic breviorem, illic longiorem redditam esse dicamus. Quamquam in itinerario praesertim secundo, quae a priore et posteriore aeque diversa sunt, scalptoris errori tribuenda esse puto. — Mirum, quod summa numerorum omnium in fine inscriptionum proposita eadem in primo et tertio monumento est, quamvis singuli numeri nonnunquam inter se differant. Quos si accurate computaveris, ne in uno quidem monumento cum summa plane conspirare invenies; id quod parum scio, utrum negligentia factum sit eorum, qui numeros inciderunt, an quia, neglectis iis, quae postero tempore in locorum intervallis mutata erant, universam summam in miliariis antiquioribus recte fortasse propositam in his quoque vasis retinuerint. — Inscriptiones ita in vasis distributae sunt, ut quaternis in singulis distinctae columnarum figuris tabulas quaternas singulae efficiant, titulus vero supra scriptus et summarum indicatio singulis versibus per totum vasorum circuitum legantur. Asservantur nunc in Museo Kircheriano Collegii Romani. Edidit nuper P. Iosephus Marchi in libello, cui titulus est: *La stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari* cet. *Roma*, 1852, 4, pp. 32 cum 4 tabulis aeri incisis, in quibus tamen vasorum 2 et 3 binae tantum columnae repraesentatae sunt; id quod propterea dolendum, quia in exemplo typis expresso nonnulla aliter leguntur, atque in tabulis aeri incisis. Equidem, quantum potui, has secutus sum. Itinerarium autem alterum inde ab initio usque ad mansionem SEXTANTIO, tertium a NEMAVSO usque ad finem in iis exhibentur. Ipse in Museo Rhenano denuo edidi, vol. X, 1853, p. 20 seqq.

1. ITINERARIVM A GADES ROMAM		2. AB GADES VSQVE ROMA (sic) ITINERARE		3. ITINERARE . A . GADES . VSQ . ROMA	
ADPORTVM	XXIIII	ADPORTVM	XXIIII	ADPORTVM	XXIIII [1]
HASTAM	XVI	HASTA	XVI	HASTA	XVI
VGIAM	XXVII	VGIA	XXVII	VGIA	XXVII
ORIPPVM	XXIIII	ORIPPO	XXIIII	ORIPPO	XXIIII
HISPALIM	VIIII	HISPALIM (sic)	IX	HISPALIM (sic)	VIIII
CARMONEM	XXII	CARMONE	XXII	CARMONE	XXII
OBVCLAM	XX	OBVCLA	XX	OBVCLA	XX
ASTIGIM	XV	ASTIGI	XV	ASTIGI	XV
ADARAS	XII	ADARAS	XII	ADARAS	XII
CORDVBAM	XXIII	CORDVBA	XXIII	CORDVBA	XXIII
ADX	X	ADDECVMO	X	ADX	X
EPORAM	XVII	ADLVCOS	XVIII	ADLVCOS	XVIII [1a]
VCIESEM	XVIII	VCIESE	XVIII	VCIESE	XVIII
ADNOVLAS	XIII	ADNOVLAS	XIII	ADNOVLAS	XIII
CASTVLONEM	XIX	ADARAS	XIX	CASTVLONE	XIX
ADMORVM	XXIIII	ADMORVM	XVIIII (sic)	ADMORVM	XXIIII
IISOLARIA	XIX	ADSOLARIA	XVIIII	IISOLARIA	XIX
MARIANA	XX	MARIANA	XX	MARIANA	XX
MENTESAM	XX	MENTESA	XX	MENTESA	XX
LIBISOSAM	XXIIII	LIBISOSA	XXVIII (sic)	LIBISOSA	XXIIII
PARIETINIS (sic)	XXII	PARIETINIS	XXII	PARIETINIS	XXII
SALTIGIM	XVI	SALTIGI	XVI	SALTIGI	XVI
ADPALEM	XXXII	ADPALEN (sic)	XXXII	ADPALE	XXXII [2]
ADARAS	XXII	ADARAS	XXII	ATTVRRES	XXV [3]
SAETABIM	XXVIII	SAETABI	XXVIII	SAETABI	XXV [4]
SVCRONEM	XVI	SVCRONE	XV (sic)	SVCRONE	XVI [5]
VALENTIAM	XX	VAEENTIA (sic)	XX	VALENTIA	XX
SAGVNTVM	XVI	SAGVNTO	XVI	SAGVNTO	XVI
ADNOVLAS	XXIIII	ADNOVLAS	XXIIII	SEBELACI	XXII [5a]
ILDVM	XXII	ILDVM (sic)	XXII	ILDVM (sic)	XXIIII (sic)
INTIBILIM	XXIIII	INTIBILI	XXIIII	INTILIBI (sic)	XXIIII
DERTOSAM	XXVII	DERTOSA	XXVII	DERTOSA	XXVII
				TRIACAPITA	XVII [6]
SVBSALTVM	XXXVII	SVBSALTV	XXXVII	SVBSALTV	XX
TARRACONEM	XXV	TARRACONE	XXI (sic)	TARRACONE	XXV [7]
PALFVRIANAM	XVI	PALFVRIANA	XVI	PALFVRIANA	XVI [8]
ANTISTIANAM	XIII	ANTISTIANA	XVI (sic)	ANTISTIANA	XIII
ADFINES	XVII	ADFINES	XVII	ADFINES	XVII
ARRAGONEM	XX	ARRAGONE •	XX	ARRAGONE	XX [9]
SEMPRONIANA	VIIII	PRAETORIO	XVII	PRAETORIO	XVII
SETERRAS	XXIIII	SITERAS	XV	SAETERRAS	XV
AQVISVOCONTIS	XV	AQVISVOCONI	XV	AQVISVOCONIS	XV
GERVNDAM	XII	GERVNDA	XII	GERVNDA	XII
CILNIANAM (sic)	XII	CILNIANA	X (sic)	CINNIANA	XII [10]
IVNCARIAM	XV	IVNCARIA	XV	IVNCARIA	XV
INPYRAENEVM (sic)	XVI	INPYRENEO (sic)	XVI	INPYRENAEO	XVI [11]
RVSCINONEM	XXV	RVSCINNE (sic)	XXV	RVSCINONE	XXV [12]

COMBVSTA (sic)	VI	COMBVSTA	VI	COMBVSTA	VI
NARBONEM	XXXII	NARBONE	XXXII	NARBONE	XXXIIII [13])
BAETERRAS	XVI	BAETERRAS (sic)	XV (sic)	BAETERRA	XVI [14])
CESSERONEM	XIII	CESSERONE	XII (sic)	CESSERONE	XIII [15])
FORVMDOMITI	XVIII	FORODOMITI	XVIII	FORODOMITI	XVIII
SEXTANTIONEM	XV	SEXTANTIO	XV	SEXTANTIONE	XV
AMBRVSSVM	XV	AMBRVSSVM (sic)	XV	AMBRVSSVM (sic)	XV
NEMAVSVM	XV	NEMAVSO	XV	NEMAVSO	XV
VGERNVM	XV	VGERNO	XVI (sic)	VGERNO	XV [16])
ARELATA	VIIII	(omissum)		ARELATA	VIIII
ERNAGINVM	VI	ERNAGINI	VIII (sic)	ERNAGINO	VII (sic) [17])
CLANVM	VIII	GLANVM (sic)	VII (sic)	GLANVm	VIII [18])
CABELLIONEM	XII	CABELLIONE	XII	CABELLIONe	XII [19])
(deest)		ADFINES	XII	ADFINES	XII
APTAMIVLIAM	XII	APTAIVLIA	X	APTAIVLIA	X
CATVIACIAM	XII	CATVIACIA	XII	CATVIACIA	XII
ALAVNIVM	XVI	ALAVNIO	XVI	ALAVNIO	XVI
SEGVSTERONEM	XXIIII	SEQVSTERONE (sic)	XXIIII	SEGVSTERONE	XXIIII
ALABONTEM	XVI	ALABONTE	XVI	ALABONTE	XVI
VAPPINCVM	XVIII	VAPPINQVO (sic)	XVIII	VAPPINCO	XVIII
CATVRRIGOMAGVM	XII	CATVRRIGOMAGI	XII	CATVRIGOMAG (sic)	XII [20])
EBVRODVNVM	XVIII (sic)	EBVRODVNO	XVII	EBVRODVNO	XVII
RAMAM	XVII	RAMA	XVII	RAMA*	XVII [21])
BRIGANTIVM	XVIII	BRIGANTIO	XVIII	BRIGANTIO	XVIII
		GRVENTIA	VI	SVMMASALPES	VI
DRVANTIVM	XI	COESAO	V	CAESAEONE	V
SEGVSIONEM	XXIIII	SEGVSIO (sic)	XXIII (sic)	SEGVSIONE	XXIIII [22])
OCELVM	XXVII	OCELO	XX (sic)	OCELO	XX [23])
TAVRINIS (sic)	XX	TAVRINIS	XX	TAVRINIS	XX [24])
QVADRATA	XX (sic)	QVADRATIS	XXIIII (sic)	QVADRATA (sic)	XXIII [25])
RIGOMAGVM	XVI	RIGOMAGI	XIII (sic)	RIGOMAGO	XVI [26])
CVTTIAS	XV (sic)	CVTTIAE	XXIIII	CVTTIAE	XXIIII [27])
LAVMELLVM	XIII	LAVMELLVM (sic)	XII (sic)	LAVMELLO	XIII [28])
TICINVM	XXI	TICINVM (sic)	XX (sic)	TICINO	XXI [29])
LAMBRVM	XX	LAMBRVM (sic)	XX	LAMBRVM (sic)	XX
PLACENTIAM	XVI	PLACENTIA	XVI	PLACENTIA	XVI
FLORENTIAM	XV	FLORENTIA	XVI (sic)	FLORENTIA	XV
PARMAM	XXV	PARMA	XXV	PARMA	XXV [30])
LEPIDVMREGIVM	XVIII	REGIOLEPIDI	XVIII	LEPIDOREGIO	XVIII [31])
MVTINAM	XVII	MVTINA	XVII	MVTINA	XVII [32])
BONONIAM	XXV	BONONIA	XXV	BONONIA	XXV
CLATERNVM	X	CLATERNO	X	CLATERNO	X
FORVMCORNELI	XIII	FOROCORNELI	XIII	FOROCORNELI	XIII
FAVENTIAM	X	FAVENTIA *	X	FAVENTIA	X
FORVMLIVI	X	FOROLIVI	XIII (sic)	FOROLIVI	X
CESENAM	XIII	CAESANA (sic)	XX (sic)	CAESENA (sic)	XIII [33])
ARIMINVM	XX	ARIMINO	XXIIII (sic)	ARIMINO	XX
PISAVRVM	XXIIII	PISAVRO	XVI (sic)	PISAVRO	XXIIII
FANVMFORTVNAE	VIII	FANOFORTVNAE	IIX	FANOFORTVNAE	VIII
FORVMSEMPRONI	XVI	FOROSEMPRONI	XVIII	FOROSEMPRONI	XVI
ADCALEM	XVIII	CALE (sic)	XIII	ADCALE	XVIII [34])

HESIM	XIII	HAESIM (sic)	XIII	HESIM (sic)	XIIII (sic)
HELVILLVM	X	HELVILIVM (sic)	XV (sic)	HELVILLV (sic)	X [34])
NVCERIAM	XV	NVCERIA	XVIII (sic)	NVCERIA	XV
MEVANIAM	XIX	MEVANIA	XV (sic)	MAEVANIA (sic)	XIX [35])
ADMARTIS	XVI	ADMARTIS	XVII (sic)	ADMARTIS	XVI
NARNIAM	XVIII	NARNIA	XII (sic)	NARNIA	XVIII [37])
OCRICLO (sic)	XII	OCRICVLO	XII	OCRICLO	XII [38])
ADXX	XXIIII	ADVICESVMO	XXIIII	ADXX	XXIIII [39])
ROMAM	XX	ROMA	XX	ROMA	XX [40])
SVM . M . P . IXI ƆCCC XXXX CXƆ		SVMMA MILLIA PASSVS XƆCCCXXXXII		SVM . M . P . X . ƆCCC XXXX . CXƆ	

1) Nota, in itinerario primo loco proposito mansiones casu quarto indicari, in alteris duobus fere semper sexto casu. — Itinerarium Antonini ante primam mansionem aliam quandam exhibet AD PONTEM XII, deinde PORTV GADITANO XIIII. 1a) Mansio *ad* X omittitur in It. Ant.; deinde EPORA XXVIII. Eodem modo paullo post omissa mansione *ad noulas*, CASTVLONE XXXII ibidem legitur. 2) AD PVTEA XXXII, It. Ant. 3) AD TVRRES, ibid. 4) AD STATVAS VIIII, ibid. 5) SVCRONEM XXXII recte, ibid. 5a) SEPELACI XXII, It. Ant 6) TRAIACAPITA XVII, ibid. 7) Pro mansione SVB SALTV It. Ant. exhibet OLEASTRVM XXIIII, deinde vero TARRACONE XXI, summa XLV, ut in itinerario 3. 8) XVII, ibid. apud Parthey et Pinder e pluribus codicibus; unus tamen rectius XVI. 9) BARCENONE, ibid. 10) Deest GERVNDA, quapropter deinde CINNIANA XXIIII, ibid. 11) SVMMO PYRENAEO XVI, ibid. 12) Ante hanc mansionem It. Ant. habet AD CENTVRIONES V, et post hanc RVSCIONE XX. 13) Post mansionem COMBVSTA It. Ant. AD VICENSIMVM XIIII, NARBONE XX. 14) BETERRIS XII, ibid., apud Pinder et Parthey, sed alio loco recte XVI, p. 339 Wess. 15) XII, ibid. 16) Cf. n. 5230. 17) VII, ibid. 18) XII, ibid. 19) XVI, ibid. 20) CATVRRIGAS XII, ibid. 21) RAMAE XVIII, ibid. 22) Post BRIGANTIONE XVIII sequitur in It. Ant. AD MARTIS XVIII, SEGVSIONE XVI. 23) Pro OCELO in It. Ant. legitur FINES. 24) XVIII. ibid. 25) QVADRATIS XXIII, ibid. 26) XV, ibid. 27) CARBANTIA XII, COTTIAE XII, ibid. 28) LAVMELLVM XII, sed al. XIII. 29) TICINVM XXII, sed al. XXI. 30) Post FLORENTIA It. Ant. habet FIDENTIA X, PARMA XV, TANNETVM VIIII; alii codd. rectius VIII. 31) REGIO X, ibid. 32) XVIII, ibid. 33) CVRVA CAESENA XIII. 34) CALLE VICVS XVIII. 35) Omissa mansione proxima, HELVILLO VICVS XXIII, ibid. 36) XVIII. 37) NARNIAE XVI; alii codd. rectius XVIII. 38) VTRICVLI XII. 39) ROSTRATA VILLA XXI. 40) ROMA XXIIII.

§. 4. GERMANIA. GALLIA (excepta HELVETIA). BRITANNIA.

NN. 171—175, distinguendi *Frisii* et *Frisaeones s. Frisiavones.*

N. 177: nota quoque Getam Caesarem appellatum, quamquam Augustus iam vivo patre fuerat; praeterea cognomen Felicis in Caracalli nominibus desideratur.

N. 178, v. 5. VERECVN‖ *Mém. des Antiqu. de France* XII, p. 35; VE . . CVND Steiner, Inscr. Rhen. 724 et 960; I. Danub. et Rh. II, 1470, qui recte PEREGR v. 3. exhibet.

N. 180, v. 5. Orelli et Steiner I. Rh. 302, I. Dan. et Rhen. I, 586 OSTONI, quia idem cum patrono liberto nomen esse debet. Liberti autem, si uno tantum nomine appellantur, solo cognomine utuntur, et pro cognomine equidem habeo illud OCTONI, si recte ita editor legit. Summopere autem Or. a vero aberrat, quippe qui *Gaium* Ostonium libertum *Titi* dici potuisse credat, oblitus temporibus tantum antiquioribus diversa a patronorum praenomina libertis nonnunquam data esse.

N. 181, v. 5. P . AL . . . . ., i. e. AL*exandrianus*, cuius cognominis scalpro deleti priores tamen litterae adhuc leguntur; Steiner, I. Rh. 131; I. Dan. et Rh. I, 633. — IMM . COS explica *immunis consularis*, i. e. legati consularis, sive pr. pr. Germaniae superioris.

N. 182. De Claudio Aelio Pollione (ita enim recte explicatur) cf. Borghesium Bull. Neap. IV, p. 85 et nostrum n. 6461; BB . FF . COS, *consularis*; cf. C. I. Gr. 4453: βοηθῷ κορνικουλαρίων ὑπατικοῦ.

N. 183, v. 5 init. AEDIS desideratur; DEDIT, Grut. ex Smet.; pro XCCL scr. ✕CCL: Steiner, Cod. I. Dan. et Rh. n. 1000, ex ingenio correxit; v. 6. AED id. AEDEM Grut.; L . MARTIVS . SIMILIS Grut. et St. l. l., quamquam antea SIMILO legerat (I. Rh. 733).

N. 186, spurius, vel certe interpolatus. Bimard, proleg. ad Mur. p. 164 ad C. Serenum refert a Cicerone laudatum (Planc. V, 12); at falso ita pro *Serrano* legitur. Nota praeterea praenomen cum cognomine coniunctum, Galliaeque fines liberae rei publicae temporibus ad has usque régiones prolatos. Quapropter Steinerus, I. Rh. 730, I. Dan. et Rh. II. 1357, ad id temporis spatium refert, quo a Caesare subiecta neque tamen ab Augusto in provincias divisa Gallia erat; at quum priores post Caesarem praesides satis noti sint, anni saltem restant 714—727, quorum altero Octavianus Gallia potitus erat, altero novam provinciarum formam instituit. Accedit, quod Gallia a Caesare devicta nunquam Transalpina, sed Celtica vel Nova dicebatur, id quod sciscitanti mihi Borghesius adnotavit.

N. 190, v. 2: IBƆDMQ, i. e. *ibidemque*, Gough, *Camden's Britannia*, III, tab. XVI, 2.

N. 192, v. 1. ALBANIO, i. e. Albanio; v. 2. INDIANAE; v. 3. BARBI; v. 4. AN; STP. Lersch, C. M. I, 37.

N. 198. De hoc titulo explicando alii videant; equidem cum Reinesio potius de Iunone cogitandum esse puto, quam cum Hagenbuchio de geographico quodam nomine.

N. 203. In laterculis militum saepissime patriam loco tribus notatam invenimus.

N. 208, v. 9. PATRONVS; v. 10. PERPETVS (sic). In Museo Vaticano, ubi vidi.

5211. MINERVAE ‖ CVR · LADAE (?) ‖ T · PVNICIVS · GE-‖NIALIS · II · VIR · COL‖LON · MORINO‖RVM · SACERDOS ‖ ROMAE · ET · AVG ‖ OB · HONOREM ‖ F · V · A · M · O · V · L[1]) — Prope Neomagum. Grut. 80, 6; cf. Steiner, I. Rh. 952.

1) FLAMONII ? Grut.

5212. ·······‖·······‖ TRIB · MIL · LEG · II ‖ ADIVTRICIS · CENSORI ‖ CIVITATIS · REMOR · FOEDER ‖ PROC · IMP · NERVAE · TRAIAN ‖ CAES · AVG · GERM · DACICI ‖ OPTIMI · PROVINC · ASTVR · ‖ ET · GALLAEC ‖ CONVENTVS · ASTVRVM — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* LVI, 1832.

5213. AVRELIAE THEVDOSIAE ‖ BENIGNISSIMAE ET ‖ INCOMPARABILI FEMINAE ‖ AVRELIVS OPTATVS ‖ CONIVGI INNOCENTISSIMAE ‖ DEPOS · PR · KAL · DEC ‖ NAT · AMBIANA ‖ B · M · F — Romae. Borghesio misit P. Marchi.

5214. TI CLAVDIO ‖ DRVSI · F · CAESAR ‖ AVG · GERMANIC · ‖ PONT · MAX · TRIB · ‖ POTESTAT · III · IMP · III ‖ P · P · COS · DES ‖ VICANI · MAROSA‖LLENSES · PVB · ‖ DEDICATA · VIIII · K ‖ OCTOB · ANNO · C ‖ PASSIENI · CRISPI ‖ II · T · STATILO · TAVRO COS[1]) — *Marsal, dép. de la Meurthe. Revue archéol.* I, p. 492; *Mémoires de l'Institut royal de France t.* XVI, 1846, p. 385.

1) A. 797 = 44; cf. Borghes. Bull. 1846, p. 169. Claudii autem trib. pot. III. annus indicatur 796 = 43, quo per Gallias in Britanniam profectus imperator III. IV. V. dictus est; cf. Eckhel, D. N. VI, p. 240. Monumentum igitur tunc decretum anno insequenti dedicatum est. *Cos.* autem *des*. errore quodam in eo dicitur; fuit enim *cos*. III.

5215. DEO APOLLINI R · P · PAGI · II · M · [1]) ANTESSIODVRI — Auxerre, in patera argentea. Férussac, Bull. 1831, 17, 20.

1) *Res Publica* PAGI *secundi Municipii* cet. ?

5216. NVMINI · AVG ‖ DEO · SILVANO [1]) ‖ FABRI · TIGNVAR ‖ QVI · FORO · SEGVS [2]) ‖ CONSISTVNT ‖ D · S · P · P — *Feurs* in Provincia. Grut. 112, 1.

1) Martin, *réligion des Gaulois* II, 190, et *de Wal*, *myth. Sept.* n. CCLX *deum Sylsianum* ex Silvano fecerunt. 2) Foris Secundis, de Wal male; est *Forum Segusiavorum.* Ita autem pro *Segusianorum* scribendum esse his titulis docemur:

5217. P MAGLIO PRISCIAN ‖ SEGVSIAVO ‖ PATRI PAMAE PRISCIAN — In eodem lapide alterum titulum exaratum fuisse subscriptis docemur litteris maioribus LIAE, i. e. *tres. prov. gal*LIAE. Lugduni. Boissieu *Inscr. de Lyon* III, 3, p. 120.

5218. SEX · IVL · LVCANO · IIVIR ‖ CIVITAT · SEGVSIAVOR [1]) ‖ APPARITORES · LIB [2]) ‖ SACERDOTALI — a sinistra: TITTIVS ‖ COCILLVS ‖ ARDA — a dextra: CETTINVS ‖ CASVRINVS ‖ ATTICVS — Rep. 1846, in vico *Marclop* pagi *St. Laurent-la-Conche*, prope *Feurs* (Forum Segusiavorum). *Mém. des Antiquaires de France* XVIII, p. 262; *Revue de philologie* 1847, p. 194.

1) Ita omnibus quoque Caesaris, Plinii, Strabonis, Ptolemaei locis scribendum esse ostendit Bernard, *Mém. des Ant.* l. l. p. 341; cf. Nipperdey, Caes. addend. ad p. 261, 18. Unde corrigenda, quae de ala Gallorum Sebosiana nuper proposui (*Jahrbücher d. V. v. Alterthumsfr. im Rheinlande* 1848). pro Segusianis *Sebusianos* populum dicendum esse ratus; suo enim iure Nipperdeius a Seboso quodam praefecto alam appellatam esse affirmat. 2) *Apparitores liberti*, quorum nomina in lapide recensentur.

5219. D M ‖ AEMILIO ‖ MORVINNICO ‖ AEDVO — Romae. *Giorn. Arcad.* XXVIII, 1825, p. 345.

5220. DD NN ‖ IMP M IVL PHILIP‖PO PIO FELIC AVG ‖ ET M IVL PHILIP‖PO NOBILISS ‖ CAES CIVIT VEL [1]) ‖ M P III — *St. Paulien*, *Haute-Loire. Mém. des antiquaires de France* IV, p. 87; Férussac, Bull. 1829, II, p. 49. Alterum exemplum plane simile prope *Sansac* repertum pro *vel* exhibet VELA; pro *m p iii* M P VI; tertium Severo Alexandro dicatum VELL et M P XII.

1) VEL*lavorum*; cf. Caes. B. G. VII, 75, ubi Nipperdeius quoque *Vellavios* in textum recepit, et Str. IV, 2, p. 190.

5221. ETRVSCILLAE ‖ AVG · CONIVGI ‖ AVG · N̄ [1]) ‖ CIVITAS VELLAVOR ‖ LIBERA [2]) — *Haut-Solier*, *Haute-Loire.* Op. cit. IV, p. 528.

1) Sc. Traiani Decii. 2) Antea Arvernis addicta (Caes. B. G. VII, 75) iam Strabonis aetate libera fuit; Str. IV, 2, 190.

5222. CATIAE · T · FIL · SERVATAE · FLAM ‖ IVL · AVG · VAS · VOC · [1]) Q · SECVNDIO ‖ ZMARAGDO IIIIIIVIR AVG · MARITO ‖ EIVS · T · CATIVS SEVERVS FRATER ET · H · F · C ‖ EX TESTAMENTO — Vasione. Breton, *ville de Vaison* p. 26. *Mém. des Antiquaires de France* XVI, p. 134.

1) FLAM*inicae* IVL*iae* AVG*ustae* VAS*ione* VOC*ontiorum.* — *Vasienses*, cf. Mur. 1091, 2, et nostrum n. 6943.

5223. D · M | CALCILIAE D · F · APTVLLAE FLAM | DE-SIGNATAE · COL · DEA · AVG · VOC | ANNOS · XLIIII M · II · D V | MARITVS · VXORI · PIISSIMAE · POSVIT — *Die Dea* Augustae. *Mém. présentés à l'Acad. d. b. l.* II. p. 377; Grut. 323, 2 *Arelate tribuit.*

5224. C · VERATI TROPHIMI IIIIIVIR | AVG · CORPORATI DEA · AVG · VOCONTIOR · CVRATO . . . — Nemausi in Museo publico. *Mém. présentés etc.* II. p. 401.

5225. VALERIVS · GAL | VOLTVTVS · LVCO ·¹) MILES · COHORTIS · I · CLASSICAE · AN · XXII | DIE · VIIII · H · S · E — *Vaison Nalsobrigum (Eysae). Mém. de la société des antiquaires de France*, II. p. 379.

1) *Luco Augusti Vocontiorum; cf. Plin. N. H.* III, 4, 5 *de civitatibus Vocontiorum.*

5226. L · MARIVS · L · F · PVPINEA · BAETERRIS | MILES · LEG · XXI · STIPENDIORVM | XVI · ANNO · XXXX | HIC · SIT · EST · FRATER · FACIENDVM | CVRAVIT — Mogontiaci. *Jahrbb. d. V. v. Alterthsfr. im Rheinl.* II, p. 103, 68; Steiner, Inscr. Dan. et Rh. n. 244.

5227. IMP · CAES | C · M ·¹) MESSIO QVINITO TRAIANO DE-CIIO · PIO · FEL · INVICITO AVG · P · M · TRIB | POT · III · COS · II²) | P · P | CIVIT · VINT³) — Vintii Nerusiorum (*Vence*). *Mém. des antiquaires de France* XX, p. 71.

1) *Scalpri vel descriptoris errori littera* M *debetur.* 2) *Corr. aut* TRIB . POT . II, *aut* COS . III; *cf. Eckhel, D. N.* VII, *p.* 342. 3) VINT*iensium*; cf. n. 2066 et *Murat.* 1074, 4; *porro:*

5228. P · CORNELIO | LICINIO · VALERIANO · NOBILIS-|SIMO CAES | PRINCIPI IVVENITVTIS | NEPOTI ET FILIO | DD NN VALERIANI ET GALLIENI¹) | AVGG · ORDO | VINTIENSIVM — ibd. Millin, *Voyage* III, p. 6.

1) *Cf.* 5335 *et ad* 5546.

5229. NVMINI | AVGVSTO | FORO CLAVD | P · R | MALLIO | PROC · AVG — *Aixme*, ad *Iseram* fluvium. Bertolotti, *viaggio* I, 38, 2.

5230. ANDVSI || BRVGETIA || TEDVSIA || VATRVTE || VGER-NI || SEXTANT || BRIGINN || STATVMAE || VIRINN || VGETIAE¹) || SEGVSION²) — Columna parva rep. Andusiae; nunc asservatur in aede Nemausensi, quae *Maison carrée* appellari solet. Ménard, *hist. de Nismes* I, p. 22. Mihi ded. Oriolius, qui exscripsit. Cf. Mérimée, *voyage dans le midi de la France*, p. 385; de la Saussaye, *numism. de la Gaule Narbonnaise* (*Blois et Paris*, 1842), p. 178, qui vv. 5. et 10. litteris maioribus scriptos et eorum initio puncta exstare docet; Walckenaer, *géogr. de l'ancienne Gaule*, II, p. 185; d'Anville, *notice de la Gaule*, p. 602, 681.

1) Ita Oriolii; alii VCETIAE. 2) Ita recte Or.; alii SEGVSTON.

5231. C · AVRÉLIVS ‖ PARTHENIVS ‖ ÓRNAMENTÍS · DEC ‖ HONORATVS · COL · AVG ‖ NEMAVSI · IIIIII · AVG ‖ COL · CÓPIA · CLAVD · AVG · LVGVD ‖ ITEM · NÁRBÓNE · MÁRTIO · ‖ ET FIR · IÝL · SECVND · ARAVSIÓNE[1]) ‖ ET · FORO · IVLÍ · PÁCÁTO[2]) ‖ VBIQVE · GRÁTVITIS · HONÓRIBVS — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1848, p 21.

1) *Arausio Secundanorum* (Plin. N. H. III, 4, 5) primum hoc titulo *colonia Firma Iulia* cognominatur. 2) Novum hoc nomen coloniae *Pacensis* vel *classicae*; Plin. l. l.

5232. P · VINICIVS · P · F · PA‖PIR · SECVNDVS · AEDIL · IIVR ‖ QVAESTOR · CoLoN · IVLIA · PA‖TERNA · CLAVD · NARB· MART[1]) ‖ D · S · P — Narbone. Taillefer, *antiquités de Vesone* t. I, p. 414.

1) Nomen coloniae hoc titulo primum, quod sciam, integrum apparet; unde littera C *Claudiam*, non *Constantem* significari constat; cf. 4241. Nomen autem Claudiae a Claudio imperatore coloniae inditum esse ea re confirmatur, quod ante aetatem eius *Iulia* dicitur *Paterna*; deducta enim a Caesare dictatore erat; cf. Sueton. Tib. 4.

5233. M · LVCTERIO ‖ LVCTERII · SENE‖CIANI · F · LEONI ‖ OMNIBVS · HON‖NORIBVS · (sic) IN · PA‖TRIA · FVNCTO ‖ SACERDOS · ARAE ‖ AVG · INTER · CON‖FLVENT · ARAR ‖ ET · RHODANI[1]) ‖ CIVITAS · CAD[2]) ‖ OB · MERIT · EIVS ‖ PVB · POSVIT — *Lot. Revue Archéol.* III, p. 251. *Cahors* (Cadurcis). *Férussac, Bull.* 1831, 18, p. 184, in cuius editione tribus versibus prioribus ultimae litterae desunt, et pro *honnoribus* HONORIBVS legitur.

1) Cf. n. 660 et 4018. 2) CAD*urcorum*.

5234. ADBOGIVS · COI‖NAGI · F · NA · PETR‖VCORIVS · EQ· AL · RVSONIS · AN ‖ XXIX · STI · X ‖ HIC · SITVS · EST ‖ EX · TESTAMEN‖TO · LIBERTVS ‖ FECIT — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 440; I. Dan. et Rh. I, 342.

5235. IVLIVS · ACCEPTVS ‖ GENIO · AMBISSOV ‖ CVM · BONA — *Aiguillon entre Agen et Bordeaux. Revue archéol.* V, p. 659.

5236. col. I. · · · · · · · · L XI[1]) ‖ *rigo*MAGVS L VIIII ‖ *antu*NNACVM L VIII ‖ *confl*VENTES L VIII ‖ *ba*VDOBRICA[2]) L · VIII ‖ *vo*SOLVIA L · VIII ‖ *bi*NGIVM L VIII ‖ *mo*GONTIAC L XII ‖ *bauc*ONICA L · VIIII ‖ *borb*ITOMAG L · XI — col. II. · · · · · · · L XV ‖ *nov*IOMAG L XV ‖ DVROCORIER L XII ‖ AD FINES L XII ‖ AVG · SVESSIONVM ‖ L XII ‖ ISARA L XVI ‖ ROVDIVM L VIIII ‖ SEEVIAE L VIII ‖ SAMARABRIVA · · · · — col. III. ITEM ‖ A CAS-‖TELLO *ad* ‖ FINES ATREBATVM ‖ L · XIIII ‖ NEMETAC · L · · · ‖ ITEM ‖ AD · · · — Aduatucae Tungrorum (*Tongres*). Columna octogona, cuius tria tantum latera conservata sunt. *Bulletin de l'Académie de Bruxelles* 1838, IV, p. 174, tab.; Bull. Inst. Arch. 1838, p. 51.

1) *Leugas.* 2) In figura delineata in Bull. de l'Acad. de Bruxelles VDOBRICA legitur, quam nominis formam quum plane cum Itinerario Antonini (p. 254 et 374 ed. Wess.; p. 117 et 178 ed. Parthey et Pinder) conspirare et Notitia quoque Dignitt. (Occ.

c. 39) confirmari vidissem, in textum admittte e non dubitavi. Contra v. cl. Roulez (Bull. Inst. l. l.) bonDOBRICA scripsit.

5237. I · O · M ‖ VICVS ‖ VOCLANNI — In via quae Treveris Leotium ducit. Lersch, C. M. III, 4; cf. III, 5: I · O · O ‖ ET · VICO · VOCLA cet.; III, 6: *i · h.* D · D · I · O · M ‖ *et vico vocl*ANNIONVM cet.

5238. IN · H · D · D · DEA*e* ‖ EPONE · VICA*n*‖I · BELG · [1]) P · CV‖RANTE · G · VEL‖ORIO · SACRIL‖LIO · Q[2]) — Ad turrim *Stumpfe Thurm* in via Bingio Treviros ducente. *Rhein. Jahrbb.* III, p. 47.

1) BELG*inates*; cf. Forbiger, Geogr. III, p. 246. 2) *Posuerunt* — *Quaestore.*

5239. DEAE · EPONAE ‖ ET · GENIO · LEVC[1]) ‖ TIB · IVSTINIVS ‖ TITIANVS ‖ LEG · XXII ‖ ANTONINIANAE ‖ EX VOTO — Inter rudera Nasii. *Rhein. Jahrb.* III, p. 50 ex *Revue d'Austrasie*, *4me série*, t. I, n. 4, *Metz* 1843.

1) LEVC*orum*; cf. Forbiger l. l. p. 239, et Mur. 1079, 1.

5240. · · · · · · · ‖ ET · GENIO · IVENT‖VTIS · VOBERG‖ENS · [1]) T · GENEALINIVS ‖ CRESCENS · V · S · L ‖ L · M · ANVLLINO ‖ II · ET · FRONTONE[2]) — Mogontiaci. *Rhein. Jahrb.* II, p. 100, n. 58; *Ztschr. d. AV. zu Mainz* I, 1, p. 58, 3; Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 298.

1) Nomen Germanicum. 2) A. 199.

5241. *i · h* · D · D · I · O · M · ET · *iun · reg* ‖ MELONI · CARANTVS ‖ *et* IVCVNDVS · DE · SVO ‖ *d* · D · VICO · NOVO · ME‖LONIOR · CETHEGO · ET · CLARO ‖ COS[1]) — Castelli rep., nunc in Museo Wiesbadensi. Steiner, I. Rh. 363; I. Dan. et Rh. I, 261.

1) A. 170.

5242. IVN · REG ‖ PLAT · DEX ‖ EVNT · NID[1]) ‖ T · VETER · A‖TESSAS · ET ‖ S · MASC · CO‖NCESSVS ‖ D · [2]) FECER — In basi imaginis aeneae Iunonis, rep. Castelli a. 1820, nunc in Museo Wiesbadensi. Steiner, I. Rh. 348; I. Dan. et Rh. I, 230.

1) PLAT*ea* DEX*tra* EVNTI NID*am*, St. Una cum hac basi altera reperta est nunc in Museo Mogontiacensi asservata I . O . M dicata, in qua legitur: PLAT . DEXT . E*u*N N(*idam*). Notat St. viam Romanam per Castellum ad Nidam flumen duxisse, cuius nomen hic primum legi affirmat, eiusque adhuc superesse vestigia.

5243. I · O · M ‖ IVNONI · RE‖GINAE · VAL · QVILI‖IVVS · [1]) PATERN‖VS · D · C · MATTI[2]) ‖ EX · VOTO · POSI ‖ L · L · M · DEDICATA ‖ X · K · OCT · TER · ET · BIS ‖ COS[3]) — Castelli. Steiner, I. Rh. 367; I. Dan. et Rh. I, 266; Bull. Inst. Arch. 1834, p. 71.

1) *a*QVILINVS Borgh. Bull. l. l., ubi pro VAL VL*pius* legitur. 2) D*ecurio Civitatis* MATTI*acorum*; ibd.; cf. n. 4983. 3) cos. sunt Philippi Augusti, a. 1001 = 248.

*5244. MA*t*RI · MELIAE · E · · · · · · ‖ PRO · FELICITA‖TE · PVBLICA ‖ CIVITATIS ‖ MATII ‖ *c*IVES · VVSINO‖BATES[1]) — Castelli; imago matris deae cum cane. Müller, *Annal. des Nass. A. V.* II, 2 p. 110; Steiner, I. Rh. 362; I. Dan. et Rh. I, 232.

1) Editores de civitate *Wiesbaden* hariolantur, vel de *Buccinobantibus*, Alamannorum gente (Amm. Marc. XXIX, 1, 4; Notit. ad Or. c. V). Equidem titulum

hic referendum censui, ut insigne exemplum lectoribus praeberem fraudis nostra etiam aetate inter nostrates commissae. Spuriam autem inscriptionem esse nuper demonstravit Kleinius, Rhein. Jahrbb. XVII, p. 206.

5245. IMP · CAESaRi ‖ VAL · LICINIO (sic) ‖ ΛCINIO ·[1]) PIIO ‖ f · iNV · AVG ‖ C · N[2]) ‖ L · II — Miliarium rep. in vico *Altripp* prope Nemetes. *Jahrb. f. d. Pfalz* 1842, p. 20; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 738; Rhein. Jahrb. II, p. 121.

1) Corr. LICINIANO, LICINIO. 2) *Civitas Nemetum*. In aliis cippis ibidem effossis C. NE (Steiner l. l. 745) et C NEM.... (l. l. 746).

5246. IMP · CAES · PVB‖LIO · LICINIO ‖ VALERIANO · PIO · FELICI · INVICTO ‖ AVGVSTO · CIV ‖ TRIBOCORVM ‖ ····· — Brocomagi (*Brumat*) in Alsatia. Schöpflin, Alsatia I, 330; Steiner, I. Rh. 134; I. Dan. et Rh. I, 832.

5247. IN · H · D · D ‖ DEAe VIc‖TORIAE ‖ PRO · SAL ‖ VICANOrum ‖ CETTVRIG — Rep. *Horburgi* in Alsatia, nunc Argentorati. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 828.

5248. IN HONOREM ‖ DOMVS DIVINE ‖ EX DECRETO ORDINIS ‖ SALTVS[1]) SVMELOCENNENSIS[2]) CVRAM AGENTIB ‖ IVL · DEXTRO ET C TVRRAN ‖ MARCIANO IIVIRIS CI · · — Prope Rottenburg. Rhein. Jahrb. 1851, p. 134: emendatius Mommsen Anal. 18 (Ber. der sächs. Ges. der Wiss. 1852 pag. 201).

1) Sic ad ectypon sibi missum edidit Mommsen. Cf. n. 5313. 2) Civis Sumelocennesis (Sumlocennensis *Rein.*) est apud Reines. VIII, 55 = Mur. 870, 2; plerosque titulos, quibus coloniae Sumlocennae et Solicinii mentio fit (apud Steinerum, I. Dan. et Rh. I., 117 sqq.), caveas pro sinceris habeas; cf. Mommsen, *Anall.* 18 *(Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852).

5249. I · O · M ‖ CONFANES‖SES · ARMI‖SSES ·[1]) V · S · L · ‖ L · M — Rep. in loco *Metzingen* Würtembergii, nunc Stuttgarti. Stälin, *Würt. Gesch.* I, p. 41, n. 91; Steiner, I. Rh. 12; I. Dan. et Rh. I, 153.

1) Nomen civitatis vel pagi cuiusdam in valle *Ermsthal*; Steiner l. l. — Idem nomen in fragmento legitur edito a Stälino, l. l. n. 92; Steiner 13 et 154.

5250. IMP · CAES · HADRIANI · AVG · MET · LVT[1]), et: L · ARVCONI VERECVNDI METAL LVTVD[1]) — In massis plumbeis prope *Mattock* agri Derbiensis repertis. *Archaeologia* V, p. 369; VII, p. 170; Newton, Excerpta ex inscriptt. de Britannia n. 144.

1) *Lutudarum* (Chesterfield ?); Newton l. l.

5251. · · · LEG · Aug ‖ Q · CALPVRNIVS ‖ CONCESSINI‖VS · PRAEF · EQ ‖ CAESA · CORI‖ONOTOTAR‖VM ·[1]) MANV PR‖AESENTISSIMI ‖ NVMINIS DEI V S — Hexham, Northumberland. Horsley, t. CVIII; Gough, *Additions to Camden* III, 34, 8; Newton, op. cit. n. 68.

1) Ignotus, ut videtur, Britannorum populus.

5252. IMP CAES ‖ DIVI TRAIAN PARTH F DIVi *nervae* NEP ‖ TRAIAN HADRIAN · *aug . p · m · tri*B ‖ POT · IV · COS · III · A RATIS[1]) · · · · H — Cippus mil. rep. prope *Leicester*. Nichols, *Lei-*

cestershire I, p. CLIV, V, pl. VI, III; *Archaeol.* VII, p. 84; Newton, op. cit. n. 8a.

1) *Ratae* hodie *Leicester.*

5253. T · FLAVIVS ‖ CRENSCES (sic) ‖ EQV · ALE ‖ TAMVE‖ X · BRIT ·[1]) AN · XXX · STIP · XV · ‖ DOM. DVROCORREM[2]) ‖ H · S · E · FLAVIVS · SILVANIIVS · DEC · A · · · FVS · D ‖ H · F · F — Carnunti (*S. Petronell*). Alterth. d. Oesterr. Monarchie (Wiener Jahrbb. 1829 sqq.) n. 388; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 48.

1) ALE TAM*i* . . . VEX*illationis* BRIT*annicae*; Borghesius, Bull. l. l. Contra Cardinalius ALE TAM*pianae* (Dipl. p. 144, n. 279) exemplo nisus tabulae honestae missionis (n. XI), in qua *ala Pannoniorum Tampiana* legitur. Eum ego quoque secutus sum, quum in Annalibus Rhenanis 1848 duas tabb. honestae missionis explicarem; sed parum intelligo, quo modo cum ala Pannoniorum vexillatio Britannica coniungi possit. Quapropter fortasse intelligendum: VEX*illarius* (natione) *Britannus.* 2) Ignota videtur esse Britanniae civitas.

5254. IMP CAES · L · SEPTIMIO · *severo* ‖ PIO PERTINACI AVGV*sto et* ‖ IMP · CAESARI · M · AVRELIO · A*ntonino* ‖ PIO FELICI AVGVSTO *et* ‖ *p · sept · getae no*‖*bilissimo caesari* ‖ *et iuliae aug matr augg. et kastr* ‖ BRACCHIO[1]) CAEMENTICIVM *murum* ‖ *coh* VI NERVIORVM SVB CVRA L A*lfeni* SENECION[2]) AMPLISSIMI *viri instituit* ‖ OPERI L · VISPIVS PRAE · · ‖ · LEGIO · ·[3]) — *Brough, Yorkshire.* Horsley p. 313. Newton, op. cit. n. 98. Ipse restitui.

1) Hodie Brough ? 2) *Leg. pr. pr. prov. Britanniae.* 3) Ne restituas PRAE*fectus* LEGIO*nis.* Quo enim tempore titulus exaratus est, cognomen Vispio deesse nequit. Ad verba *instituit operi*, cf. n. 4998.

5255. IMP · VESP · V · · · IMP · III · COS ‖ DE CEANGI[1]) — In massa plumbea rep. prope *Great Boughton* in agro Cestrensi. Newton, Excerpta ex inscriptionibus de Britannia n. 135.

1) Nomen esse videtur loci cuiusdam.

§. 5. HELVETIA.

Titulos Helveticos, patriae quodam amore ductus (praef. p. 12), omnes in collectionem suam admisit Orellius. Quorum quum paucos tantum ad rationem operis pertinere videam, plerosque autem male exscriptos correctione quam maxime egere pateat, curam eorum Helvetiis relinquendam esse censeo, quibus ipsa monumenta inspicere licet, praesertim quum novam iam et accuratam editionem parari a Mommsenio sciamus. Omissis igitur paucis illis, quae ad corrigendas inscriptiones Helvetiae ex libris collecta habeo, unum hunc titulum nuper a Mommsenio in Ephemeridibus Genevensibus *(Journal de Genève*, 31. Dec. 1853*)* restitutum referre liceat:

5256. E CA VICTORI[1]) ‖ IMP · CAES · VESPASIAN ‖ AVG · PONTIFICIS · MAX ‖ TRIB · POTESTA[T ·] V · COS · V ‖ [IMP · XI · P · P · C]EN[SOR][2]) ‖ CN · PIN[A]RI[V]S · CORNEL ‖ CLEMENS · [LEG·]EIVS · PRO [PR] ‖ EXERCITVS · GERMANIC ‖ SVPERIORIS ·[3]) INTER ‖ V[ALL]ENSES[4]) ET · CENTRONES ‖ [TER]MINAV[IT] — *Larioz, versant ouest du col de la Forclaz, entre St. Gervais et Servoz.* Voces uncis inclusae a Mommsenio ex vestigiis litterarum restitutae sunt.

1) E*x* AVCTORI*tate* Borghesius in litteris ad me datis, quod magis placet quam Mommsenii *pro salute et victoria.* 2) A. 74. 3) Cf. 5418 et 5427. 4) V . . . MNENSES, unde de supplemento *Vallenses* non plane constat.

§. 6. RAETIA. VINDELICIA.

N. 482, v. 3: M. *Propertius Quartus* (vel *Quintus*) *Filius*. De usu nomina solis litteris initialibus indicandi cf. quae nuper collegit Labus, *Marmi Bresciani*, 7, 21 et p. 67.

N. 486 = 785; minus correcte ed. Seidl, Excurs. epigr. V, 10.

N. 487 corr. 3409.

N. 488: cf. n. 6939, quo *Vallis Poenina* una cum *Raetis* et *Vindolicis* commemoratur.

N. 489, male, ut videtur, exscriptus. Quam Orellius comprobat, Olivierii sententia neque exemplis firmatur *equitum tripl*a*riorum*, et epigraphicae scribendi rationi plane repugnat. Praeterea equitem imperatoris cuiusdam nunquam neque in lapidibus neque in scriptorum libris commemoratum, neque *Aureliani* nomen per compendium AVREL significatum inveni. Contra vv. 2 et 3 ita coniungendos esse puto, ut, qui titulum posuit, L. AVREL*ius*. A. F. ABVCIVS. PIVS nominatus esse credatur. In iis autem, quae praecedunt, magistratus fortasse municipales latent: AE*d*. Q. II. *Pecuniae Publicae*, quamquam nihil certi de his affirmare audeo.

N. 491, interpolatus a Boissardo. Flaminum Dialium exempla extra Italiae fines mihi quidem nota omnia spuria sunt. Or. 2208 = Grut. 307, 8 ex Boissardo, ex Zamosio autem Gr. 8, 1 et 115, 6. Nota praeterea ordinem inversum v. 3 et municipium plane ignotum, magistratum inauditum v. 5, quem coniectura parum felici Hagenb. restituere conatus est, nominum denique rationem satis corruptam v. 6.

N. 493. Cf. Grut. 129, 4 et Mur. 1099, 1.

N. 494, corr. v. 2. IVLIANVS; v. 4. SECVNDINIAE; cf. Grut. 426, 3.

§. 7. NORICVM. PANNONIA. DALMATIA. DACIA. GRAECIA CET.

N. 496, accuratius Apianus p. 408, qui post ANTONINI. AVG. nonnullas litteras deesse tradidit. Recte enim Orellium Apiani lapidem pro eodem cum Gruteriano 265, 4 habuisse censeo, ortam autem ex interpolatione coloniam illam Hadrianam, licet, qui nuper monumenta Iuvavensia in Actis Acad. Vindobonensis (1849, vol. I, class. philos. hist.) edidit, Hefnerus Monacensis et duos titulos et coloniam illam in librum receperit (p. 14 sqq., n. XIV, XV). De nomine civitatis Iuvavensis cf. l. l. p. 15, et eiusdem auctoris librum *Röm. Denkmäler Oberbaierns* I, p. 194 (*Oberb. Archiv* vol. VI.), ubi titulus quidam *Endorfensis* exstat in Antiquario Monacensi asservatus, in quo omnibus litteris IVVAVO legitur; cf. Tab. Peut. IVAVO; It. Ant. p. 235, 256, 258 ed. Wess., p. 110, 119, 120 ed. Parthey et Pinder: IOVAVI.

N. 497, v. 2. DECVRIONI II IVVAVENSIVM; v. 5. VIXIT — LVIII; v. 6. BELATVMARAE; v. ult. FVCIENDVM; Hefner, *Denkm. Salzburgs* l. l. p. 15; *Oberbaierns* p. 255, qui diversam versuum distributionem exhibet et *Trostbergi* monumentum erutum esse narrat.

N. 502, nunc Patavii; Furlanetto, *lapidi Patavine* n. LXXVIII. V. 8. Riditae prope *Ruda* ad fl. *Cetina*, Carrara in Seidl, *Beiträge zu einer Chronik* cet. 1851, p. 261; v. 12. Σπλαῦνον Delmatarum oppidum a Germanico a. p. C. 9. expugnatum, Dio 56, 11; cf. Furlan. l. l. p. 77, n.

N. 503, male exscriptus; neque enim praenomen *Nonii* apud Romanos usitatum, neque milites gregarii *armatura simplaris* in lapidibus appellantur.

N. 504, v. 2. COH. V. PR. P. V. *piae vindicis*; v. 7. pro FOSINO recte Hagenb. EQ SING. Exstat in Mus. Vat.; Kellerm. Vig. 160.

N. 505, v. 3. Lerschius, C. M. II, 20, p. 24, et, qui nuper in Indice monumentorum Musei Bonnensis edidit (p. 55, n. 115), Overbeckius PRISCILIANVS et PR, minus recte, ni fallor. Nota PR vix aliud significari potest, nisi PR*aefectus*; sed quum *legatus legionis* postea commemoretur, praefecto in eadem vix locus erat. *Principem* autem si quis indicatum esse credit, hoc ei obstare credo, quod solis litteris PR fieri non facile potest, ut *princeps* significetur. Cuius rei quae in inscriptionibus classis Misenatis exempla exstare videntur, non satis certa sunt, quum *proretae* quoque in iis commemorati esse possint. — Ceterum consulum nomina minime corrupta sunt, sed erasum Alexandri nomen, qui quum consul cum Elagabalo processisset, post

mortem eius solus in saxo commemoratus erat. Ad eius vero aetatem titulum pertinere mentione constat Aproniani legati, quem Germaniae inferiori tum praefuisse scimus; cf. Lersch, op. cit. II, 14. Hinc nomen legionis supplendum I Minerviae *Severianae* vel *Alexandrianae*; l. l.

N. 507. *Andautonium* recte; cf. Ptolem. II, 15; Forbiger, III, p. 487.

N. 508, v. 1 ante FELIX deest PIVS; v. 2. extr. AVG; dedit *Neigebaur* v. cl., cui misit amicus quidam. V. ult. explica: *PraePositus Provinciae Pannoniae* cet.

5257. · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · ‖ · · F · ET · TAVRISCOS · [1]) C · · ‖ · · I · · · COACTOS · M · · · · · ‖ · · Q · QVINEIS · QVA · · · · · ‖ · · SIGNEIS · CONSI · · · · · · ‖ · · FECIT · TRIVMP · · · · · · ‖ · · DIA · ET · R · · · TI · · · — Monasteri. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.), n. 246; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 44. Litterae aetatem Caesaris Aug. indicant.

1) Cf. Plin. N. H. III, 20, 24; Forbiger, Geogr. III, p. 448, 450.

5258. *d · n · fl · iulio valerio constantio pio felici invicto augusto* ‖ FIL · D · N · CONSTAN‖TINI · MAXIMI · VICTORI‖OSISSIMI · SEMPER · AVG ‖ NEPOTI · M · AVRELI · MA‖XIMIANI · ET · FL ‖ CONSTANTI · DIVORVM ‖ ET · DIVI · CLAVDI · ABNE‖POTI · NORICI · MEDI‖TER · DEVOTI · NVMI‖NI · MAIESTATIQVE ‖ EORVM [1]) — Prope Celeiam. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 285; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 45; Seidl, Monum. Celeiana n. 9, in Excurs. epigr. II, p. 6 (*Wiener Jahrbb.* CIV).

1) Constantii nomen ab initio desiderari altero quodam titulo Celeiano confirmatur ab iisdem huic imperatori dedicato et iisdem paene verbis concepto; cf. Seidl, l. l. — Provincia iam Constantini M. tempore in *Noricum ripense* et *mediterraneum* divisa erat; cf. Grut. 283, 5:

5259. D · N · FL · CONSTANTINO ‖ CLEMENTISSIMO · ATQ · VICT · AVG ‖ MARTINIANVS · V · P · PRAESES ‖ PROVINC · NORICI · MEDITERR ‖ D · N · M · EIVS, et:

5260. D · N · FL · VAL ‖ CONSTANTINO ‖ MAXIM · BEATIS‖*simo supra om*‖*ne*S · RETRO · PRIN‖CIPES · PIISSIMO ‖ ET · VICTORIOSISS‖IMO · SEMPER ‖ AVGVSTO · B · R · P · N[1]) ‖ FAB · CLAVDIVS ‖ VPPPNMTDNM[2]) ‖ QVE EIVS · SEMPER — *Seckau ob Leibnitz* Stiriae. Seidl, l. l. p. 15. Singula huius tituli fragmenta legebantur apud Apianum 386 et in Chronologia Duc. Styr. p. I, p. 69.

1) *Bono Rei Publicae Nato.* 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Norici MediTerranei Devotus Numini Maiestati*QVE.

5261. P · ALBINVS[1]) ‖ ANTONIVS ‖ AED · CL · CEL · [2]) ET ‖ TERENTIA ‖ FINITA · V · F · SIBI ‖ ET · P · ALBINIO ‖ FINITO · FIL · Q ‖ CL · CEL · AN · XXXX ‖ ET · P · ALBIN · MAR‖CELLINO · F · AN · L ‖ ET · P · ALB · MARCIANO ‖ NEP · θ · AN · XXX ‖ VPI · XV · · · · · · — *Trifail*, prope Celeiam. Seidl, Excurs. epigr. V, p. 6 (*Wiener Jahrbb.* CXV).

1) Corr. ALBINIVS. 2) CL*audiae* CEL*eiae*.

5262. D · I · M ‖ EVTYCHES ‖ IVLIOR ‖ C · P · P · [1]) SER · >*Scr* [2]) ‖ STATIONIS · BOIOD · · [3]) ‖ EX VIK[4]) BENIGNI VIL*ici* ‖

STAT . ATRANTIN*ae* [5]) ‖ ARAM · CVM · SIGN*o* ‖ LVNAE ‖ EX VOTO POS*uit* ‖ P · F · S · T · CLA · SENILL · · [6]) — Rep. ad S. Oswaldi, nunc Goritiae. Vodnik, *Mitthl. f. Krain* 1848, p. 88; melius *Istria* V, p. 145.

1) *Conductorum Portorii Pannonici?* Neque enim praenomina esse possunt, quum post nomen posita sint, neque *clarissimorum puerorum* significare, quia tum C . C . P . P in lapide incidi debebat. 2) SCR Vodnik; l. *contrascriptor.* 3) BOIOD*uri*, ad confluentes Aeni et Danubii; v. Forbiger, III, p. 455. 4) EXVIK*ario.* 5) Plerumque *Adrans* (It. Ant.) vel *Adrana* (Zosim. II, 45); cf. Forbiger, III, p. 460. 6) P . R . S . C . LAESENII . L Vodnik minus recte; quamquam enim ne lectio quidem mihi approbata satis intelligitur, tamen T . CLA*udii* SENILL*i* nomen in extremo titulo apparet.

5263. T ATTIO · C · FIL ‖ TVTORI ‖ PRAEF · ALAE · I · BATA‖VOR MILL*i*AR ‖ PRAEF · ALAE · I · TVNG ‖ FRONTON*i*AN*ae* ‖ TRIB · MIL · LEG · II · AD · P · F ‖ PRAEF · COH · I · BETASO*r* ‖ DEC · FL · SOLVAE [1]) ‖ SEDAT · QVIETVS — *Seckau* Stiriae. *Rhein. Jahrbb.* 1851, p. 105, ex opere *Schriften des histor. Vereins f. Inner-oestreich*, fasc. I, *Gratz* 1848; minus bene Muchar, *Gesch. v. Steierm.* III, p. 397.

1) *Flavium Solvense*, Plin. III, 24, 27; cf. Or. 3076—3078.

5264. IMP · CAES · · · · ‖ · · · · · · · ‖ PIO · FELICI · INVIC ‖ AVG · PONT · MAX ‖ P · P · TRIB · POT · COS ‖ PROCOS · ORD‖O · SOL [1]) — *Ibd. Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 302.

1) SOL*vensis*; AED*ilis* SOL*vensis* l. l. n. 329.

5265. D · M ‖ MATT · ADIECTO ‖ INTERFECTVS ‖ A MATTZARIS · [1]) AN · XL ‖ ANT · QVINCTA · CON ‖ V · F — Celeiae a. 1839 denuo effossus. Apian. 377; Grut. 552, 8; corr. Seidl, Excurs. epigr. I, p. 10, n. 3 (*Wiener Jahrbb.* CII).

1) Populus quidam ignotus; recte enim Seidl, l. l. p. 13, de *Mazaris* ad flumina *Atel* et *Gecch* a Porphyrogeneta de administr. imp. c. 37, commemoratis cogitari posse negat, quamquam minus probo, quae de telo Gallico *matara* vel *matera* appellato idem disputat.

5266. P · AEL · FLAVI · DEC · ET · IIVIR · ET · FLAMINIS · AEL ‖ CETIENSIVM · [1]) ITEM · DEC · ET · IIVIR · ET · PONTIFICIS ‖ COLONIA · AVRELIA · ANTONINIANA · OVIL · [2]) TRIB · LEG · ‖ III · AVG · ET · AELIAE · P · FILIAE · FLAVINAE · FILIAE · EIVSDEM ‖ ET · AEL · MANSVETI · PATRIS · EIVS · ET · ORGETIAE · SISIAE MATRIS ‖ EX · PRECEPTO EIVS · ORGETIA · VRSA · PROPINQVA ‖ INPENDIO · HEREDIS · FIERI · INSTITVIT — In monasterio *Lambach* Austriae. Grut. 345, 8; corr. *Denkschr. d. Wiener Akad.*, *hist. philos. Cl.* vol. III, 1852, 2, p. 14.

1) *Aelium Cetium* fortasse St. Pölten; l. l.; cf. Forbiger, Geogr. III, p. 456. 2) OVIL*aba*, s. OVIL*ia*; op. cit. p. 452. De ea disputavit nuper J. Gaisberger, *Ovilaba u. d. damit verbundenen R. Alterthümer*, *Denkschr. d. W. Akad.*, l. l.; cf. n. 6694.

5267. C · ALBVCIO · C · F · TROM · MENIPPO · DEC · SALON ‖ AEDIL · MARIT · ET · C · ALBVC · C · F · TR · PROCILIANO ‖ DEC · SAL · ET · ISS · [1]) AEDIL · DEF · ANN · IXXX · ET · C · ALB · C · F · SER ‖ MENIPP · DEC · ISS · DEF · ANN · IXX · FILIS ·

ET · C · LIC · [2]) TITIAN ‖ DEF · ANN · XXX · FRATRI · LIGVRIA · PROCILLA [QUAE · ET · AL] [3])‖BVCIA · ET · SIBI *(ascia)* VIVA · POS — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. XXXIV.

1) *Issae.* 2) LIG*urius.* 3) Haec postea adiuncta esse videntur. — Nota singularem numeros exprimendi modum.

5268. T · TVRRANIO ‖ T · F · VERO ‖ AEDILI · SCARDON ‖ ARRIA · C · F · MAXIM · FIL ‖ PIENTISSIMO · FECIT · SIBI · ET ‖ C · MAECIO · MAXIMO · CONIVG ‖ LIBERTIS · LIBERTABVSQ · SVIS — Ibd. Op. cit. n. XXXV.

5269. GENIO ‖ MVNICIPI ‖ FL · SCARD [1]) ‖ C · PETRONIVS ‖ FIRMVS · OB ‖ HONOREM · AVG ‖ L · D · D · D — Scardonae. Amatius misit Borghesio.

1) FL*aviae* SCARD*onae.*

5270. ANDES · SEX · F ‖ CIVES · RAETI‖NIO · [1]) EQ · ALA ‖ CLAVD · [2]) AN · XXX ‖ STIP · V · H · S · E · H · F · C — *Zahlbach* prope Mogontiacum. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 465.

1) Ῥαίτινον Dion. 56, 11; *Rataneum* Plin. III, 22, 26. 2) CLAVD*iana* recte St. Si *Claudia* nomen legendum esset, vix deesset populi mentio. Contra male pro *ala Noricorum Claudiana* habetur, quae in inscriptione eodem loco reperta *ala Noricorum* simpliciter dicitur (L. l. n. 464); in ea enim Claudia tribus est C. Romanii Capitonis. Ceterum *ala Claudia nova* est in titulis *Kossutino* Dalmatiae, n. 6726, Or. 3408, 3582, tab. hon. miss. 5418.

5271. I · O · M ‖ ET · IVN · REG ‖ FINITIVS · FI‖DELIS · MIL ‖ N · CADDA‖RENSIVM [1]) ‖ IN · SVO ‖ POSIT ‖ FVSCO · ET ‖ DEXTR · COS [2]) — Castelli, nunc in Museo Mogontiacensi. Steiner, I. Rh. 369; I. Dan. et Rh. I, 259.

1) Iidem sunt qui *Cattharenses* sive *Catarienses* (cf. *circitor numeri Cattharensium*, opp. cit. 504 et I, 349, et Not. dignitt. Occ. c. VII), quos ad *Cataros* Pannoniae Borghesius (Ann. Inst. 1839, p. 138), ad *Catharum* vero Dalmatiae Böckingius (Notit. ad l. l.) refert. Haec civitas a Geogr. Rav. *Decadaron* appellatur; cf. ad n. 3162. 2) A. 225.

5272. IMP · CAESAR ‖ M · AVRELIVS ‖ · · · · · · · · [1]) ‖ ANTONINVS ‖ AVG · PIVS · SARM ‖ GERM · MAXIMVS ‖ BRITTANNICVS ‖ PONT · MAX · TRIB ‖ POT · VIIII · IMP · VI ‖ COS · IIII · [2]) P · P ‖ PONTEM · HIPPI · FLVMI‖NIS · [3]) VETVSTATE · CORI‖RVPTVM · RESTITVIT ‖ SVMPTVM ET OPERAS ‖ SVBMINISTRANTIBVS ‖ NOVENSIBVS [4]) DELMI‖NENSIBVS REDITIS [5]) CVI‖RANTE ET DEDICANTE ‖ L · IVNIO · RVFINO · PROCV‖LIANO · LEG · PR · PR — Rep. Tilurii *(Trigl)*, nunc in Museo Salonitano. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 156.

1) *Commodi* nomen erasum. 2) a. 937 = 184. quo anno cognomen Britannici Commodus assumpsit. 3) nunc *Cettina*, flumen, quod Tilurum appellatum esse antea vv. dd. crediderunt. 4) cf. n. 5274. 5) cf. n. 502, et:

5273. D · M · ‖ Q · RVTILIO ‖ Q · F · TITIANO ‖ IIVIR · Q · Q · ‖ ET ‖ Q · RVTILIO ‖ Q · F · PROCVLO ‖ IIVIR · Q · Q ‖ FILIO ‖ EIVS ‖ PRINCIPI MV‖NICIPI RI‖DITARVM — *Danilli* regionis Sebenicensis Dalmatiae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 179.

5274. I · O · M ‖ ET · GENIO · M ‖ N · [1]) SALVIS · CI‖VIBVS · NOVEN‖SIBVS · AVRELIV*s* ‖ DONATVS ‖ VOTVM · POSVIT — *Runovich* Dalmatiae ad fines Turcicos. Paulovich-Lucich, Marmora Macarensia ed. 2, p. 29; *Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen*, 1851, I, fasc. 3, p. 260.

1) *Municipii Nostri.*

5275. M · TREBIO ‖ PROCVLO ‖ EQVOM · PVBL ‖ HAB · [1]) SACER · LIB [2]) ‖ IIVIR · AEDIL · ARBA [3]) ‖ TREBIA · M · FIL ‖ PROCVLA ‖ PATRI · T · P · I — Iaderae. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 183.

1) EQVOM . PVBL*icum* HAB*enti*. 2) SACER*doti* LIB*eri patris*. 3) Insula Dalmatiae.

5276. TI · CAESAR · DIVI · AVGVSTI · F ‖ AVGVSTVS · IMP · PONTIF · MAX ‖ TRIB · POTEST · XXI · COS · III ‖ VIAM · A · SALONIS · AD · L · · · CASTEL ‖ DAESITIATIVM · [1]) PER · M · PASSVVM ‖ CLVI · MVNIT ‖ ET · IDEM · VIAM · AD · LAI · · · · ALN ‖ QVOD · DIVI · F · III [2]) · · · · · IBVS ‖ A · SALONIS · MVNIT · PER · M · PASSVVM ‖ CLVIII ‖ · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · ‖ CVIVS · VIAE · MILLIA · PASSVS · [3]) SVNT ‖ CLXVII · MVNIT · PER · VEXILLARIOS ‖ LEG · VII · ET · XI · ITEM · VIAM · GABINIANAM [4]) ‖ AB · SALONIS · ANDETRIVM · APERVIT ‖ ET MVNIT · PER · LEG · VII ‖ · · · · · · · · — Salonae (Spalati, in aede cathedrali). Spon, Miscell. p. 179, qui in medio titulo lacunam non indicat; contra Lanza, *lapidi Salonitane* n. XVI et XVII, non solum versus quosdam intercidisse censet, sed etiam dubitanter fragmenta inter se coniungit. Titulus pertinet ad annum 772/3 = 19/20.

1) Daesitiates Strabo (VII, p. 314) inter populos Pannoniae, inter Dalmatiae Dio (55, 29) et Plinius (III, 22, 26) nominant; id quod Lanza (l. l.) suo iure ita expedit, ut ab origine Pannonios Daesitiates provinciae Dalmatiae adscriptos fuisse dicat. 2) FILIVS Sp. 3) PASSVVM, id. 4) A. Gabinius, quum Caesari auxilium laturus terra per Illyricum exercitum duceret, a Dalmatis oppressus et Salonas repulsus est (App. Ill. 12, 25, 27; B. Alex. 42, 43, cet.). Huius nomine viam dictam esse Lanza suspicatur. Vix tamen probabile cladis memoriam ita a Romanis in perpetuum conservatam esse. — Alius quidam Gabinius Gentio devicto Scodrae regiae eius praepositus est; Liv. 45, 26.

5277. BATONIANO PRAEFVIT ‖ IAPVDIAI [1]) · ET · LIBVRN ‖ SIBI · ET · LIBERTIS ‖ T · F · I — Veronae rep. 1850. *Istria* VI, p. 83; Ann. Inst. Arch. 1851, p. 85.

1) cf. Forbiger, Geogr. III, p. 836.

5278. I · O · M ‖ PRO · SALVTE ‖ ET · VICTORIA ‖ IMP · CAES · LVC · ‖ SEPTIMI SEVER ‖ PERTINACIS · AVG ‖ DOMINI · INDVL‖GENTISSIMI ‖ IVNIANVS · LIB ‖ ADIVT · TABVL ‖ P · P · S [1]) ‖ EX · VOTO — Poetovione. Muchar, *Gesch. v. Steiermark* III, p. 399.

1) *Provinciae Pannoniae Superioris.*

5279. ☧ ‖ *quo*D GENS CARNVNTVM ‖ M*ensi*S [1]) SVBLIMIBVS OFFERT ‖ *n*ON AVRO AVT GEMMIS SET ‖ · · ᴜA ᴬ ⁴T [2]) TITVLO ‖ NAM QVOD MANDRONI VENE‖RANDO NOMINE FVLGET ‖ MAIVS

YDASPIO [3]) || MVNERE SVSPICITVR — Romae in tabula aerea fastigiata, quam vidi. Supplementa sunt de Rossii v. cl.

1) [Malim *MuriS* . MOMMSEN] 2) [Num RADIAT? MOMMSEN] 3) cf. *Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis*, Claudian. III cons. Honor. 4.

5280. ····· VE CAPITONI · C · F · P · ILLYRICO [1]) || ···· ET · OMNIB · HONORIB · AB · ORDINE || MVNICIPI · SIRMIATIVM · HONORATO · E ···· || TEMPERENTIAE · DICVNDAE · [2]) ITEM · SACERDOTALI || AB · ORDINE · COL · VLP · OESCE · STATVAM · AERE · COLLATO || DECRETIS · [3]) IAM · PRIDEM · AB · EODEM · ORDIN || ORNAMENTIS · IIVIRAL · ITEM · DECVRIONA||LIB · ORNAMENTIS · HONORATO · AB · ORDINE || COLONIAR · VLPIAE · POETOVIONENSIS || EX · PANNONIA · SVPERIORE · VLP · RATIAR*iae* || EX MOESIA · SVPERIORE · [4]) TRAIANAE · SARMI||ZEGETHVSENSIVM · EX · DACIA · SVPERIORE [5]) || ITEM · IIVIRALIB · AB · ORDINE · MVNICIPI || ROMVLENSIVM · [6]) BVLEVTAE · CIVITATIS || PONTICAE · TOMITANORVM · [7]) PATRONO || COL · VLP · OESC ||

5476. OPVS DOL EX PRAED VMIDI QVADRATI ‖ ET ANNIAES FAVSTINAE EX F ‖ SEX APRI SILVINI — Mar. Atti 514; corr. Borghesi l. l.; de his cf. Cap. M. Ant. Philos. 1.

Filiis M. Aurelii (Or. 870. 871) adde *Hadrianum* titulo Ephesiaco laudatum C. I. Gr. 2968: *ΑΔΡΙΑΝΟΝ* ‖ *ΥΙΟΝ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ* ‖ *ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ* ‖ *ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ* cet.

5477. *t · nitrasio · · · f · · · pollioni cos ii* ‖ *pr · pr · aug*VSTORVM [1]) COMITi *m · antonini* ‖ *et l · ver*I AVGG EXPEDI*tionis · · ·* ‖ *· · · · · · · germ*ANICAE ITEM COMITI *m · anto‖nini et com*MODI AVGG · EXPEDIT*ionis* ‖ *germanicae sar*MATICAE [2]) BIS DONIS M*ilit* ‖ *donato cor*ONIS MVRALIBV*s ii vallari‖bus ii aur ii* HAS*tis puris viii vexillis viii* [3]) *procos · asiae* [4]) *leg · aug · pr · pr ·* ‖ *provinciae moesiae inferioris* [5]) *procos* ‖ *provinc galliae narbonensis* [6]) *leg aug leg · · · ·* ‖ *pontifici s*ODALI ANTONIN*iano praef* ‖ *alimento*RVM · PRAETORI QV*aestori* ‖ *iiiviro monetal*I A · A · A · F · F · MARITO A*nniae* ‖ *flaviae fausti*NAE IMP CAESARIS M *antoni‖ni aug et div*AE FAVSTINAE PIAE PA*truelis* ‖ *commodi* AVG · · · · · · [7]) ‖ *huic senatus* AVCTORIBVS IMP*eratoribus* ‖ *antonino et* COMMODO AVGG · G*ermanicis sarmati*CIS STATVAS DVAS V*nam ha‖bitu milita*RI IN FORO DIVI TRA*iani al*‖*teram habi*TV CIVILI IN PRONA*o aedis* ‖ *divi pii pon*ENDAS CENS*uit* — Romae, in Museo Kircheriano, rep. sub altari maiore aedis Iesu. *Rhein. Jahrbb.* 1843, II, p. 104. Supplementis ibi a Borghesio propositis alia nonnulla ipse addidi.

1) sc. M. Aurelii et Commodi. Consul autem fuit primum sub Antonino Pio, id quod provincia consulari apparet sub huius imperio administrata (cf. n. 5290); iterum a. 176. 2) Borghesius l. l. *Marcomannicae Sarmaticae*; neque tamen unquam in

inscriptionibus ita bellum illud nominatum me reperire memini. 3) De insolito donorum numero cf. n. 5448. 4) cf. n. 3421, licet dubitem num suo loco proconsulatum collocaverim. 5) cf. n. 5290. 6) Si quidem recte Griselicos provinciae Narbonensi tribui. 7) Filia Annii Libonis cos. 128, patrui imperatoris M. Antonini; cf. Borghesi, de fragm Const. G.A. 1829. Eius consobrina dicitur Lamprid. Comm. 5; cf. Galen. *de praecognitione.* Post Antoninum et Faustinam Commodum quoque commemoratum esse ob dignitatem eius probabile est. Unde nomen *Flaviae* Borgh. l. l. sumserit, mihi non liquet. Si ex solo titulo n. 3421, ego legere malim M. FIL. — Praefectus Pollio in locum Vindicis successit, qui in proelio contra Marcomannos ceciderat (Dio 71, 3), collega Bassaeo Rufo (Or. 3574, Kellerm. Vig. 42). — Vitrasium Pollionem, leg. prov. Lugdunensis, ad quem Hadrianus rescripsit, nescio, num pro eodem cum marito Anniae Faustinae habere liceat. Equidem pro patre eius eum habere maluerim, unde in recensendis Vitrasii honoribus legationem prov. Lugdunensis omisi.

5478. M · CLAVDIO · *ti* · F · *Quirina* ‖ FRONTONI · COS ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIARVM · DACIARVM · ET ‖ SVPER · SIMVL · LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIA*rum* ‖ DACIAR · LEG · AVGG · PR . PR · MOESIAE · SVPER ‖ DACIAE · APVLESIS · SIMVL · LEG · AVGG · PR · PR · PRO‖VINCIAE · MOESIAE · SVPER · [1]) COMITI · DIVI · VERI ‖ AVG · DONATO · DONIS · MILITARIB · BELLO · AR‖MENIACO · ET · PARTHICO · AB · IMPERATORE · AN‖TONINO · AVG · ET · A · DIVO · VERO · AVG · CORONA ‖ MVRALI · ITEM · VALLARI · ITEM · CLASSICA · ITEM ‖ AVREA · ITEM · HASTIS · PVRIS · IIII · ITEM · VEXILLIS ‖ IIII · CVRATORI · OPERVM · LOCORVMQ · PVBLICOR ‖ MISSO · AD · IVVENTVTEM · PER · ITALIAM · LEGEN‖DAM · [2]) LEG · AVGG · PR · PR · EXERCITVS · LEGIONARII ‖ ET · AVXILIOR · PER · ORIENTEM · IN · ARMENIAM ‖ ET · OSRHOENAM · ET · ANTHEMVSIAM · DVCTO‖RVM · LEG · AVGG · LEGIONI*s* · PRIMAE · MINERVI‖AE · IN · EXSPEDITIONEM · PARTHICAM · DEDVCEN‖DAE · LEG · DIVI · ANTONINI · AVG · LEG · XI · CL · PRAE‖TORI · AEDILI · CVRVLI · AB · ACTIS · SENATVS · QVAES‖TORI · VRBANO · X · VIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS ‖ HVIC · SENATVS · AVCTOREM · IMPERATOREM · [3]) AV‖RELIO · ANTONINO · AVG · ARMENIACO · MEDICO ‖ PARTHICO · MAXIMO · QVOD · POST · ALIQVOT · SE‖CVNDA · PROELIA · ADVERSVS · GERMANOS ‖ ET · IAZYGES · AD · POSTREMVM · PRO · R · P · FORTITER ‖ PVGNANS · CECIDERIT · ARMATAM · STATVAM · ET [4]) ‖ IN · FORO · DIVI · TRAIANI · PECVNIA · PVBLICA · CEN . . . — Romae in foro Ulpio. Ex Mss. Ligorii Taurinensibus et Romanis Mai, Frontonis et M. Aur. epist. praef. p. XXII. Versus sex priores, quamvis a Ligorio corruptos, restitue ex titulo sequenti Dacico, quo ipsum monumentum ut genuinum defendit Borghesius, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 47; cf. *Annali* 1846, p. 346.

1) Versus priores legendo confusos ac nonnullos bis scriptos esse apparet. Nomen autem *Apulesis* a Ligorio in inscriptionem intrusum esse dixerim, si modo tantam eruditionem homini licet tribuere. Quapropter trium Daciarum nomina fortasse in titulo legebantur, qui ita fere restituendus est. *leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum trium Maluensis, Aurariae* (?), *Apulensis* (quae nomina, ni fallor, evanida male discernebantur), *simul leg. Aug. pr. pr. provinciae Moesiae superioris.* Hac autem legatione post mortem L. Veri functus est; id quod titulo n. 5479 confirmatur, quo

simplici G vox AVG scripta exstat. De nominibus trium Daciarum cf. ad n. 6919. 2) Novus in inscriptionibus honor, sed quem Ligorio tribuere minime audeam. Similes sunt *delectatores* provinciarum, gradus tamen inferioris, quippe qui e praefectis eligi soliti sint. Nec fraudi debentur, quae in sequentibus leguntur, *legatio exercitus legionarii et auxiliorum* cet., nec *legio I Minervia* ad expeditionem Parthicam deducta, licet in Dacico Frontonis titulo brevius concepto haec desiderentur, neque aliunde legionem illam in Germania tendentem bello Parthico interfuisse constet. 3) l. AVCTORE . IMPERATORE . M cet. 4) Dele ET.

5479. M · CL · TI · FILIO · QVIRIN*a* ‖ FRONTONICO · [1]) LEG · AVG ‖ PR · PR · TRIVM · DAC · ET · MOES · SVP ‖ COMITI · DIVI · VERI · AVG · DONAT ‖ DONIS · MILIT · BELLO · ARMEN · ET · PARTH · AB ‖ IMP · ANTONIN · AVG · ET · A · DIVO · VERO · AVGVST ‖ CORON · MVRALI · ITEM · VALLAR · ITEM · CLASSIC ‖ ITEM · AVREA · ITEM · HAST · PVRIS IIII · ITEM · VEXILL · *iiii* ‖ CVRATOR · OPER · LOCORVMQ · PVBL · LEG · [2]) I · MIN ‖ LEG · LEG · XI · CL · PRAETORI · AEDILI · CVRVLI · AB · ACTIS ‖ SENATVS · QVAESTORI · VRBANO · DECEMVIRO ‖ STLITIBVS · IVDICANDIS ‖ COL · VLP · TRAIAN · AVG · DAC ‖ SARMIZ · PATRONO ‖ FORTISSIMO · DVCI · AMPLISSIM ‖ PRAESIDI — *Hatzeg* Transilvaniae. Férussac, Bull. I, p. 299; vidit Neigebaur *Varhelii*, quae est Sarmizegethusa veterum.

1) Ita Neigebaur; corr. FRONTONI . CO*s*. 2) l. LEG . LEG.

5480. *m · statio* · M · F · CL · PRISCO ‖ *A*CINIO · ITALICO · LEGATO · AVGVSTORVM ‖ PR · PR · PROV · CAPPADOCIAE · LEG · AVG*g* ‖ PR · PR · PROV · BRITTANNIAE · LEG · AVG*g* ‖ PR · PR · PROV · MOESIAE · SVPER · CVRATO*ri* ‖ ALVEI · TIBERIS · ET · CLOACARVM · VRBIS · C*os* ‖ LEG · AVG · PROV · DACIAE · LEG · LEG · XIII · G · P · F · LEG · LEG ‖ *x*IIII · GEM · MARTIAE · VICTRICIS · SACERDOTI · TITIALI ‖ *fl*AVIALI · PR · INTER · CIVES · ET · PEREGRINOS · TR · PL · QVAEST ‖ PROC · AVG · XX · HEREDITATIVM · PROV · NARBONENS · ET · AQVITA*n* ‖ *p*R · EQ · ALAE · I · PR · C · R · TR · MIL · LEG · I · ADIVTR · P · F · ET · LEG · X · *g* · P · *f* ‖ *e*T · LEG · IIII · GALLICAE · PRAEF · COH · IIII · LINGONVM · VEXILLO · MIL ‖ *d*ONATO · A · DIVO · HADRIANO · IN · EXPEDITIONE · IVDAIC*a* ‖ Q · CASSIVS · DOMITIVS · PALVMBVS [1]) — Romae. Grut. 493, 1.

1) Titulum hic proposui, quia clarissimum belli Armeniaci et Parthici ducem eo celebratum vidi, cos. a. 159. Fuit autem legatus Cappadociae, quum sub auspiciis L. Veri contra Parthos bellum gereret; qui enim in imperio ei successit, Martius Verus, *Καππαδοκίας ἄρχων* a Dione (71, 24) appellatur. Daciae eum praefuisse titulis quibusdam Dacicis patet; cf. n. 5481. Borghesius (Giorn. Arcad. 1829, p. 224 de frgmm. Constantinianis) pro eodem cum eo Priscum quendam habet, quem legatum Britanniae milites quamvis recusantem imperatorem salutaverunt.

5481. I O M ‖ PRO SALVTE ‖ IMP CAES ‖ *t* AEL HAD ‖ ANTONIN ‖ AVG · PII · P · P · ‖ STATIVS · ‖ PRISCVS ‖ LEG · EIVS · PR · PR [1]) — *Zalathna* Transilvaniae Bull. Inst. Arch. 1848, p. 162.

1) cf. n. 5480 et Bull. 1833, p. 47 ex *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* n. 387 (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.).

§. 19. L. AVRELIVS VERVS. LVCILLA.

N. 874: Nomen gentilicium Lucillae *Anniam* fuisse docet Borghesius, *Giorn. Arcad.* 1829, de fragmentis Const. agens; cf. Mionnet I, p. 379, n. 307.

N. 875: omissis variis lectionibus minoris momenti, id noto, neque apud Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Phil.* cet. V, 1, p. 127, neque apud Nicolaum Signorilium (de Rossi, *le prime raccolte* cet. p. 69), neque apud Grut 253, 2, a quo Smetii auctoritas laudatur, legi illud MAX, quo Hagenbuchius adductus est, ut pontificem maximum L. Verum agnosceret. Cf. tamen n. 5483. 5484.

N 877 susp.; cf. 886. 985.

5482. L · AELIO · AVRELIO ‖ COMMODO ‖ IMPERATORIS · CAESA‖RIS · T · AELI · HADRI‖ANI · ANTONINI ‖ AVG · PII · P · P · F ‖ D D · P P[1]) — *El Djem* in regno Tunetano. *Revue Archéologique* I, p. 818; cf. n. 5200.

1) *Decurionum Decreto Permissu Proconsulis.*

5483. IMP · CAESARI · DIVI · ANTON*i*‖NI · F · DIVI · HADRIANI · NE‖POTI · DIVI · TRAIANI · PARTHI‖CI · PRONEPOTI · DIVI · NERVAE ‖ ABNEPOTI · L · AVRELIO ‖ *vero* · AVG · P · M ·[1]) TRIB · POT ‖ COS · II · P · P[2]) ‖ *col* · AVG · TYNDARIT ·[3]) D · D ‖ *curan*TE · M · VALE‖*rio* · *vital*E CVRATORE ‖ R · P — Tyndaride in Mus. Panormitanum illatus. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 59, 8.

1) Nota titulum *Pontificis Maximi* hoc monumento re vera L. Vero datum; quod quum in provincia factum est, mirum esse nequit. Quamquam prudentius Hydruntini egerunt, qui quum Augustis fratribus monumenta erigerent, ne Verum offenderent, in Marci quoque inscriptione pontificatum non commemorarunt; cf. Mur. 240, 2, 3, melius Mommsen, I. N. 442, 443. 2) De nomine *patris patriae*, quo L. Verum honoratum vides, licet nunquam eo usus sit, cf. Eckhel, VII, p. 70. 3) Tyndaris inter colonias Augustas a Plinio (III, 8, 90) commemoratur. Qui primus has inscriptiones publicavit, cl. Maggiore (in ephemeridibus quibusdam Panormitanis) scripsit TYNDARIT, i. e. Tyndaritanorum; Stephanius, qui eas mea causa exscripsit, TYNDARID . D; Borghesius l. l. TYNDARI pro TYNDARION legendum esse suspicatus est.

5484. IMP · CAESARI · DIVI ‖ ANTONINI · FIL · DIVI ‖ HADRIANI · NEP · DIVI ‖ TRAIANI · PARTH · PRoNEP ‖ DIVI · NERVAE · ABNEP ‖ L · AVRELIO · VERO · AVG ‖ PONTIF · MAX ·[1]) TRIB · PoT · II · ‖ COS · II · P · P · COH · I · FL · CHAP · ‖ EO SAC[2]) SVB ATRIOIO ‖ CORNELIANO ·[3]) LEG · AVG*g* ‖ PR · PR · PER · AELIVM ‖ HERCVLANVM PRAE*f* — Prope *Doneir* Syriae in parietinis castri Romani. Vidua, Inscriptiones antiquae tab. XXV.

1) cf. titulum praecedentem. 2) Borghesius, *Burbul.* p. 63 CHAL*cidensis* EQ*uitata* SAG*ittariorum* legendum esse censet, collato n. 6702. Sed in imagine a Vidua proposita exstat quod dedi; fortasse CHAM*avorum*? 3) l. ATRIDIO CORNELIANO, et cf. Capitol. M. Aur. 8; idem.

Ceionia Plautia soror L. Veri nominatur C. I. Gr. 5883 (*ΚΕΙΩΝΙΑ ΠΛΑΥΤΙΑ ΑΔΕΛΦΗ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ*); cf. Borghesi, Giorn. Arcad. 1829, fragm. Constant., et Cavedoni, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 77.

§. 20. COMMODVS.

N. 884, v. 1 M . AVREL; vidi ipse.

N. 885 in marmore fictus adhuc Iaderae asservatur. Quem quum mea causa denuo exscriptum v. cl. Neigebaur mecum communicasset, Lanzam Iaderensium professorem de sinceritate eius consului; qui ipsam litterarum indolem nihil dubii relinquere affirmavit, quin spurius titulus sit.

N. 886, si genuinus est, initio certe versus 2 aliquid deest. Ceterum venit ex Boissardo, ut 877. 985.

N. 887, v. 2 SARMATICI deest apud Anon. Einsiedl. ed. Haenel l. l. p. 127. — Figlinas, de quibus Hagenbuchius p. 206, 207 agit, Marinius inter falsas vel suspectas retulit; Mss. Vat. susp. n. 15.

5485. I · O · M ‖ HELIOPOLITANO ‖ ΚΟΜΜΟΔΩ ‖ ΑΝΔΡΙ ΒΑCΙΛΙ-ΚΩΤΑΤΩ ‖ ΑCΜΗCΤη(?)τῆς ‖ ΟΙΚΟΥΜΕνης ‖ IMP CAES M AVR COMMODO ‖ ANTONINO PIO · IIIICI [1]) AVG ‖ SARM GERMANICO ‖ TRIB · POT · XI · IMP · *viii · cos · v · p · p* · ‖ M · ANTONIVS · M · F · GAL*al*A ‖ CL · AVG · QVI · · IFC . DIVS ‖ CISTIBER · 2) DEDIC · V · C · *a · dcccxxxix* ‖ IMP · COMMODO · A*nt*ONINO · PIO ‖ FELICE · AVG · V · M · ACIL · GLABRIONE ‖ II COS ‖ III · K · DEC [3]) — Romae, in columella valde detrita, inter monumenta a Sartio v. c. olim collecta, quae nunc in Capitolio asservantur. Apographum Amatii a Borghesio mecum communicatum ipse cum archetypo contuli. Supplementa sunt eiusdem v. c.

1) i. e. *felici*. 2) *Claudialis Augustalis* esse videtur; litterae enim CL . AVG, satis clare distinguuntur. Quae quum ita sint, ad Romam titulus vix potest pertinere. — In iis, quae sequuntur, omnia incerta, neque quod Amatius proposuit, QV*inq*. REG*ionib*VS probari potest. 3) a. 186.

5486. IMP CAESAR M AVRELIVS COMMOD ‖ ANTONINVS PIVS FELIX AVG SAR‖MATICVS MAXIMVS BRITTANICVS ‖ PONTIFEX MAXIMVS TR POTES‖TATIS XI · IMP VIII COS V P P [1]) DIVI ‖ M ANTONINI PII FILIVS DIVI PII NEPOS ‖ DIVI HADRIANI PRONEPOS DIVI ‖ TRANI (sic) PARTICHI (sic) ABNEPOS DIVI NER‖VAE ADNEPOS NOBILISSIMVS OM‖N*iu*M ET FELICISSIMVS PRINCIP ‖ RESTITVIT ‖ VII — In via quae a Rusicadi Cirtam ducit. *Journal des Savants* 1847, p. 729; *Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 49, 3.

1) a. 186.

5487. IMP · CAE*s · m · commodus an*‖TONINVS · AVG · PIVS · SAR · *germ* ‖ BRITT · PONT · MAX · TRIB · POT · *viiii* ‖ CON · IIII · P · P · [1]) RIPAM · OMNEM · RV · · · · ‖ · · · *m*OLE EXTRVCTIS ITEM PRAE*si*‖DIS PER LOCA OPPORTVNA AD ‖ CLANDESTINOS · LATRVNCVLO‖RVM · TRANSITVS · OPPOSITIS ‖ MVNIVIT · PER · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · · — Rep. *Buttae* regionis *Stuhlweissenburgensis*, nunc Pestini. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 34.

1) a. 184. 2) RV*pibus pro m*OLE ?

5488. L · FVLVIO · C · F · POM · · · · · · · · · · · · · ‖ BRVTTIO · PRAESENTI · MIN · · · · · · · · · · ‖ VALERIO · MAXIMO POMPEIO · L · · · · · · · · · · ‖ VALENTI · CORNELIO · PROCVLO · · · · · · · · · · · ‖ AQVILIO · VEIENTONI · COS · II · PR*ocos · prov* · [1]) · · · *patri* ‖ *c*RI*spinae* · AVG · SOCERO · IMP · *caes · commodi · aug · sodali* ‖ HADRIANIALI (sic) SODALI ANTONIN*iano · veriano* ‖ MARCIANO · COMITI · IMPP AN*tonini et commodi augg* ‖ EXPEDITIONIS · SARMATICAE · P*raetori · tr · pl · quaes*‖TORI · AVG · TR · MIL · LEG ·

III · GALLIC · *donis · milit · donato* || AB · IMP · DIVO ANTONINO AVG · P*io* · · · · · · — Volceis. Grut. 1095, 1; corr. Mommsen, I. N. 217. Ipse restitui. Cf. Or. 884.

1) Vel ob iteratum consulatum PR*aef. urbi.*

5489. D · M · || IVL · VICTOR · MARTIAL · F || OB · AN · LV · || BESSA · IVVENIS · F · VX[1]) Θ · AN xLV || NOVELLA · ESSBINI · F · OB · A · X*viii* || VICTORINVS PARENTIB || ET CONIVGI · E · VICTORINAE || FIL · FECIT || H · QVI · PER · LVEM · VITA · FVNCTI · SVNT · MAMERTINO ·E RVFO COS[2]) || ET · AVR · IVSTINO · FRATRI ML || LEG · II · ITAL · STIPEND · X · Θ · A · XXX — *Mauerkirchen* Bojoariae, nunc in Antiquario Monacensi. Hefner, *R. Denkm. Oberbaierns*, XVII (*Oberb. Arch.* VI.)

1) VX*or*. 2) a. 182. De pestilentia Marco et Commodo imperatoribus pluries Romae et per provincias sparsa loquuntur et Dio (e. g. 72, 14) et Capitolinus (Ant. Philos. 13. 17; L. Verus 8).

§. 21. P. HELVIVS PERTINAX. — DIDIVS IVLIANVS. — CLODIVS ALBINVS.

N. 896, v. 5 extr. SEN, i. e. *senatus*; v. 7, 8 VIRTVTVVM (sic); v. 10 pro *proc. l.* PR . C, i. e. *praetore . C.* cet. Praetores Capenatibus fuisse satis constat; cf. Or. 3687. Haec ipse vidi in Mus. Capitolino; quae in latere dextro exstant, non vidi, quum muro inserta sint. In quibus tamen ex Fabr. 686, 99 et Guasco n. 93 corrige v. 11 APRIL, v. 12 CVR . P . SEXTILIO . PROSPECTO.

N. 901 genuinus mihi videtur esse.

5490. I · O · M · || ET · MARTI || CVSTODI || P · HELVIVS || PERTINAX || 'P*r*AEF[1]) — Sirmii (*Mitrovitz*). *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* n. 382 (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.); Bull. Inst. Arch. 1833, p. 47; Cardinali, *Dipl. mil.* n. 364.

1) Is est, qui postea imperavit, quem militia equestri maiores honores assecutum esse scimus; cf. Capit. 2.

5491. IMP CAES P HEIILVIO PEREVAIICE[1]) AVG P P TRIB P || COS II·I[2]) NAEVIO || QVADRATIANIIO ÆG AVG PR || PR *a* LAMBAESE || IMP[3]) || VIIII — *Sbah-Meghata* Africae. Renier, *Arch. des miss.* 1851, p. 44, qui ipse non vidit.

1) corr. PERTINACE, R. 2) corr. L, id. 3) corr. M . P, id.

§. 22. L. SEPTIMIVS SEVERVS CET.

N. 902 e ms. Gualteri rest. Marini, *Atti* p. 144; post eum Mommsen, I. N. 1421: . . . . F . CLASSETIVS . . . . . || . . . . C . V . NATVS . IIII . IDVS *mart* || ANNIO . LARGO . PRASTIN*a me*||SSALLINO . COS . VITA . FVNCT*us v* || IDVS APRIL . IMP . ANTONIN*o aug* || III *et geta nobiliss. caes. ii* || COS . ANN . LXI . DIES . XXVIII || MORTVVS . VIXIT . EX . MENS*e oct* || IMPP . SEPTIMIO . SEVERO . *iii et m* || ANTONINO . COS . ANNIS . *v* . *men*||SIBVS . VI . ADLECTVS *est inter* || PRAETORIOS . A . DIV*o commodo.*

N. 904, v. 6 HADRIANI; v. 7 PATRICI; v. 8 NERVE; v. 12 TRI . POT . IIII; Bull. Inst. Arch. 1845, p. 60, 9. Vidi ipse.

N. 907, quamquam a Mommsenio receptus (I. N. 1410), mihi tamen maxime suspectus. Praeter insolitam loquendi rationem nota et cognomen Severo deesse, et

impp. caess. titulos, iocum autem verborum, qualem voces BONEVENTO et *Benevento* offerunt, falsariorum ingeniis summopere placuisse. De Vita quidem titulum sub ponte fluminis *Calore* exstare narrat; sed ipse locus indoli monumenti parum convenit.

N. 908 pro priore *parth. max.* l. PERTINAX.

N. 912 post AVG dele P.

N. 913, v. 1 PARTH; v. 3 verba inde a III usque ad finem versus in litura posita sunt, eraso Getae nomine; item v. 5; v. 6 ARGENTARI; BOARI; verba LOCI QVI INVEHENT minoribus litteris in litura scripta sunt, in qua antea LOCI litteris maioribus exaratum fuisse apparet; cf. Kellermann, Or. Anal. epigr. p. 36. V. ipse.

N. 915 satis accurate exscriptus, nisi quod versus alio modo in monumento divisi sunt, et pro FIL legitur F, nomina vero Severi plenius indicata sunt: AVGVSTO ‖ ARABICO . ADIABENICO ‖ PARTHICO. Vidi ipse Maceratae in aedd. publ.

N. 919, not. 1. Hadria natus.

N. 922, v. 4 deest ET (?); v. 8 LEGG . I'. M; v. 12 VII; v. 13 VICTORINO; v. 15 ARISTO . VLPIANO; Labus, *marmo di C. Giulio Ingenuo* p. 23; Millin *voyage* I, 519; not. 5 *Clarissima Femina* SVA, sc. uxore.

5492. IMP CAES DIVI M ANTo‖NINI PII GERMANICI SARMA-‖TICI FIL DIVI COMMODI FRA‖TRI DIVI ANTONINI PII NEPO‖TI DIVI HADRIANI PRONEPOTI ‖ DIVI TRAIANI PARTHICI ABNE-‖POTI DIVI NERVAE ADNEPOTI SE*p*‖TIMIO SEVERO PIO PERTINACI AVG ‖ ARABICO AZABENICO[1]) PARTHI‖CO MAXIMO PONTIFICI MAXIMO ‖ FORTISSIMO FELICISSIMO TRIB ‖ POTEST VI IMP XII COS II[2]) P P ET ‖ IMP CAES SEPTIMI SEVERI PII PER‖TINACIS AVG ARABICI AZABENICI[1]) PARTHICI MAXIMI FORTISSIMI FELI‖CISSIMI FILIO DIVI M AVRELI ANTO‖NINI GERMANICI SARMATICI NE‖POTI DIVI ANTONINI PII PRONEPO‖TI DIVI HA*dria*NI ABNEPOTI DIVI ‖ TRAIANI PARTHICI ET DIVI NERVAE ADNE‖POTI M AVRELI*o* ANTONIN*o* AVG ET EST[3]) ‖ . . . . *col* · NERVIANA AVG ‖ MARTIANVS VE‖ERNORVM SITIFEN[4]) ‖ PR IIII — Sitifi. *Journal des Savants* 1847, p. 732; *Exploration de l'Algérie*, Archéol. pl. 85.

1) Litterae ZA pro DIA positae; cf. 4432. 2) corr. IMP . XI, cf. Eckhel VII, p. 193; a. 198. 3) corr. ET L SE*ptimio getae nobilissimo caesari.* 4) corr. MARTIANA VETERANORVM; cf. n. 5335.

5493. *pro sal · imp · caes · l · s*EPTIMI SEVERI ‖ *pii pertina*CIS · AVG · ARABC ‖ *adiab · parth · max · pont* · MAX · TR · POT · X · [1]) IMP · XI ‖ *cos · iii · p · p · procos* · PROPAGAT · IMPERI · ‖ *fortissimi · fe*LICISSIMIQ PRINCIPS · ET ‖ *imp · caes · m · aure*LI ANTONINI PII · FELICIS ‖ *aug · pontif* · (?) TR · POT · V · COS · PROCOS ‖ *fortissimi · fe*LICISSIMIQ · PRINCIPS · ET ‖ *p · septimi · getae* · INDVLGENTSSMI AC FORTSSIMI[2]) CAES ‖ *principis* · IVVENTVTIS · AVG[3]) — Rusicadi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 30, 1.

1) a. 202. 2) Verba *indulg. ac fort.* minoribus litteris in litura scripta sunt, in qua Getae nomina et honores antea legebantur. 3) AVG postea additum; Geta enim anno demum 209 Augustus dictus est.

5494. P PORCIO OPTAT*o* ‖ FLAMMAE C P FIL ‖ · · PORCI OPTATI FLAMMA*e* ‖ C · V · PRAETORIS INTER TRIBVNT ‖ ADLECTI

QVAESTORIS PRO*vin*‖CIAE BAETICAE SACERDOT*io* FLAVIALI · ṫTIAL · IVDICIO DOM*i*‖*ni* N̄ SANCTISSIMI ET FORṫSSI*mi* ‖ IMP CAES · L · SEPTIMI SEVER*i* ‖ *per*TINACIS AVG PII EXOR*nati* ‖ LEGATI AB AMPLISSIMO S*en*‖*atu* AD EVNDEM DOMINVM ‖ *i*MP · IN GERMANIAM · ET ‖ *ad* ANTONINVM CAES ‖ *im*P DESṫNATVM IN PANNONI‖*am* MISSI[1]) OB DEBITAM PIETAT*em* ‖ MEMORIAE EIVS ‖ C VOLVMNVS MARCELLVS CA*e*‖LIANVS · EQ · PVBL · EXORNAT ‖ POSVIT — Cirtae. Clarac, *Musée*, Inscr. pl. LXXV, n. 31. Ipse rest.

1) a. 196, quo Pescennio devicto, Byzantio expugnato, Severus, dum per Pannoniam adversus Albinum in Galliam exercitum ducit, Viminacii filium Caesarem dixit (cf. Eckhel VII, p. 174, 179). Hunc in Pannonia relictum esse, quum pater per Germaniam ad expeditionem Gallicam profectus esset, hoc titulo docemur.

5495. ISIDI REG ‖ OB REMISSA · EXAC ‖ INLIGA[1]) POPVLO ‖ A MAX · IMPERAT ‖ SEVERO ET ANTONIN ‖ AVGG ‖ C · SVBVL-NIVS · FA‖VSTINVS · V · S · L · M — Basis marmorea rep. cum octo aliis a. 1772. Florentiae ad D. Florentii. *Nov. lett. Fior.* 1773, p. 221; Bull. Inst. Arch. 1839, p. 184, 1; v. Mommsen.

1) OB REMISSA EXAC*ta* INLIGA. Borghesius, Bull. l. l., verbum *liga* cum *lega* Italorum componendum atque ad monetam referendum esse suspicatus est.

5496. PRO · SALVTE · VICTORIA · ET ‖ REDITV · IMPP · CÆSS · L · ‖ SEPTIMII · SEVERI · PERTINACI‖IS · ET · M · AV-RELI · ANTONINI ‖ E · [1]) P · SEPTIMII · GETAE · [2]) PIORVM ‖ AVGGG · ET · IVLIAE · DOMNAE ‖ AVGVSTAE · MATRIS · AVGG · ET ‖ *ca*STRORVM · Q · AIACIVS ‖ *mo*DESTVS · CRESCENTIA‖*nus*[3]) LEG · · · G · · OIV · · · [4]) ‖ · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · — *Grosskrotzenburg* ad Moenum, prope Hanoviam. Steiner, I. Rh. n. 213; corr. I. R. Dan. et Rh. I, n. 618.

1) Ita corr. pro E. 2) Getae nomen abrasum adhuc legitur. 3) Cognomina rest. Borghesius, I. R. p. 3. 4) Idem l. l. a Kellermanno apographum se accepisse ait, quo LEG . G . . . . legebatur, unde LEG*atus* G*ermaniae* supplet. St. litteram G alio loco ponit, neque tamen tradit, utrum ex exemplo Kellermanniano eam receperit, an denuo titulum exscripserit. Si recte legit, recte quoque restituit: LEG . *au*G*ust*O-RVM *pr. pr.*

5497. QVOD · EVIDENTI · IN*signique sua pru*‖DENTIA · DOMINI · N*ostri severus et* ‖ ANTONINVS · PII . AV*gusti et iulia augu*‖*sta* CVM *illis sustulerint*[1]) *omnes* ‖ PARRICIDIALES · INSID*iatores* ‖ HELICO · LIBERTVS · EORVM ‖ DONVM — *ὅτι διὰ τῆς ΙΔίας ἑαυτῶν προνοίας τῆς* ‖ *ΕΝΑΡΓΕΣΤΑΤΗΣ ΕΠΙΦανεστάτης τε οἱ κύριοι* ‖ *ΗΜΩΝ ΣΕΟΥΗΡΟΣ ΚΑΙ ΑΝτωνεῖνος οἱ εὐσεβέσ*‖*ΤΑΤΟΙ ΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ καὶ μετ' αὐτῶν* ‖ *ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΠΑΝΤΑς ἠφάνισαν τοὺς* ‖ *παῖΔΑΣ ΤΩΝ ΑΝΟΣΙΩΝ ἐπιβουλευτῶν ἑλί*‖*κΩΝ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΑΥτῶν ἀνέθηκεν.* Ephesi. C. I. Gr. 2971; rest. Boeckhius.

1) *sustulerunt*, B.

5498. GENIO · EQ · SING · AVGGG · NNN · [1]) ET ‖ HERCVLI · INVICTO · PRO · SALVTE ET ‖ VICTORIA · ET · REDITV . IMPP · CAESS ‖ L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PERTINACIS · AVG · ET ‖ M ·

AVRELI · ANTONINI · PII · FELICIS · AVG · ET ‖ P · SEPTIMI GETAE · NOBILISSIMI · CAES · ET ‖ IVLIAE · AVG · MATR . AVGG · ET · KASTR · ET ‖ P · FVLVI · PLAVTIANI PR · PR · C · V · [2]) ET · NECES‖SARI — Romae in horreis Vaticanis. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 35. Litterae punctis indicatae abrasae quidem sunt, sed adhuc leguntur.

1) EQuitum SINGularium. 2) Plautianus ut praefectus praetorio *eminentissimus vir* erat; sed propter consulatum bis gestum *clarissimum* eum appellatum esse credo. Mentio eius in alia inscriptione simili fit (n. 5508), et *procuratorem ad bona Plautiani* habemus n. 6920; praeterea v. 934. 935.

5499. DIVO · PI‖O · SEVERO ‖ PVBLICE ‖ D · D — Atinae. Mommsen, I. N. 245, ubi v. ceteros.

5500. *divo* ‖ SEVERO ‖ PATRI ‖ ANTONINI ‖ PII · FELICIS ‖ AVG ‖ *tu*SCVLAN*i* — In valle *Grottaferratae* agri Tusculani, in parietinis aedis cuiusdam. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 161.

5501. *d* M ‖ · · · · *statilio* [1]) · · · *f* · BARBARO · COS [2]) ‖ · · · · · · *leg* · AVGG . GERM . SVPER ‖ · · · · · *l*EG · AVGG · [3]) PROV · THRAC ‖ *donato · donis · mil · b*ELLO · PARTH · MESOP [4]) ‖ *praet* · · · · *q* · PROV · AFRIC · TR · LATIC ‖ *leg* · · · · · · *xvir stli*T · IVDIC · SEVIR · EQ · ROM ‖ *coniugi · be*NEMERENTI ‖ · · · · · · · ARCIANA · C · F — Rep. Romae in D. Pauli. Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1830, XLVI, 137, p. 174.

1) Nomen Borghesius ex nummis quibusdam in Thracia signatis eruit. 2) Cos. suff. anni incerti. 3) Severum et Caracallum intellige. 4) Ita bellum contra Parthos a Severo gestum a bellis Traiani et L. Veri distinguitur. Severus ab ipsa expeditione Parthica redux eam Mesopotamiae partem subiecit, quae Arabia quoque scenitica appellatur; inde nomen sumptum est; l. l.

5502. Mentio *Aemilii Papiniani* pr. pr. Severi, iuris consulti summi, exstat Mur. 351, 1, infra n. 5603.— Ex claris Septimii Severi ducibus praeter Claudium Candidum (cf. ad 798) Fabium Cilonem et Marium Maximum laudo, ad quorum alterum nobilissima spectat basis Antii adhuc asservata (Grut. 407, 1 = Mar. I. A. n. XL; cf. Gr. 407, 2, Mar. I. A. XLI), ad alterum titulus, quem anno 400 Muratorius 397, 4 tribuit: L · MARIO · L · F · QVIR ‖ MAXIMO · PERPETVO ‖ AVRELIANO COS [1]) ‖ SACERDOTI · FECIALI · LEG · AVGG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · SYRIAE COLAE · LEG · AVG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · GERMANIAE INFERIORIS · ITEM ‖ PROVINC · BELGICAE · DVCI · EXERCIT · MYSIA‖CI [2]) APVD BYZANTIVM ET APVD LVGDVNVM ‖ LEG · LEG · I · ITALIC · CVR · VIAE LATINAE ‖ ITEM REIP · FAVENTINORVM · ALLECTO IN‖TER PRAETORIOS · TRIB · PLEB · CANDIDATO ‖ QVAESTORI · VRBANO · TRIB · LATICL · LEG ‖ XXII · PRIMIG · ITEM III · ITALICAE ‖ IIII VIARVM [3]) CVRANDARVM ‖ M · IVLIVS · ARTEMIDORVS · 7 ‖ LEG · III · CYRENAICAE — Romae. Ad eundem pertinent fragmenta Veliterna apud Card. Iscr. Velit. 35 et 39, porro Mur. 354, 4. 719, 2 et 2023, 6, ex quibus tituli Ligoriani 354, 5 et 719, 1 conficti sunt.

1) a. 195. Postea iterum fasces gessit a. 223. A Macrino Augusto urbi praefectus est (Dio 78, 14; cf. Mur. 454, 4; 2023, 5), et Asiam atque Africam pro con-

sule eum rexisse titulis antea laudatis constat; cf. Borghesi, G. A. 1824, XXII, 64, p. 115 sqq. — Idem historiarum scriptor est, qui a scriptoribus historiae Augustae toties commemoratur. 2) i. e. legionum in provincia Moesia tendentium, ubi legio I Italica, cuius ille legatus erat, castra habebat. Iis igitur in obsidione Byzantii et in bello contra Albinum gesto Marius praefuit. 3) I. IIIIVIR . VIARVM cet.

§. 23. IVLIA DOMNA. CARACALLVS. GETA.

N. 923, cf. Mur. 1088, 2.

N. 926, v. 2 PROCONS; v. Mommsen.

N. 929 rectius explicatur ad n. 1709, ubi denuo legitur; minime enim ad imperatorem pertinet, sed *M. Aurelius Claudia* (tribu) *Pompeianus* monumentum fecit. — Pro K (v. 7 extr.) fortasse ID; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 639.

N. 932, partis inferioris v. 3 PART; GERM . MAXIMVS; descr. Abeken.

Nn. 934, 935: in monumento antea allato (n. 5498) equidem cum Mommsenio *Publii* praenomen legere mihi visus sum; bene tamen tenendum est, ibi nomen Plautiani erasum esse, ita ut error quidem lectioni nostrae subesse possit. Quamquam in inscriptione quoque a Marinio aeri incisa ipsa illa littera vetustate corrupta est. In v. 2 tituli n. 934 recte exhibetur CONS*ulis*, sc. *uxor*.

N. 938, v. 3 SEP; v. ult. dele COLL . AVRAR. Arneth, *R. Meilensteine (Beschr. des k. k. Münz- u. Antiken-Kabinets)*, n. 10.

N. 941, v. 1 AVGG, Cod. Pighianus Berolinensis; not. 3 explica *Piae Vindicis*.

5503. M · AVRELIO ‖ ANTONINO ‖ CAES · IMP · ‖ L · SEPTIMI ‖ SEVERI · PII ‖ PERTINACIS · AVG ‖ ARABICI · ADIABENICI ‖ P · P · FILIO — Rep. Ostiae, nunc in Mus. Lateranensi, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 61, 11.

5504. M · AVRELIO ‖ ANTONINO ‖ CAESARI ‖ IMP · CAESARIS ‖ L · SEPTIMI · SEVERI ‖ PII · PERTINACIS ‖ AVG · ARAB · ADIAB ‖ P · P · PONT · MAX · TRIB ‖ POT IIII · IMP · VIII · COS ‖ II · 1) PROCOS · FILIO ‖ COL · AVG · PVTEOL — Puteolis ad D. Francisci, l. l. n. 10; Mommsen, I. N. 2493.

1) a. 196, quo Bassianus Viminacii Caesar a patre dictus erat, cui et ipsi Puteolani monumentum fecerunt; I. N. 2492.

5505. IMP CAES M A*urelio* ‖ SEVERO ANTONNO PI*o fel* ‖ AVG DIVI SEPT SEVER PII *pert(inacis)* ‖ ARAB ADIAB PART M BRT M ‖ AVG ET IVLAE DOM AVG MA*t*‖R*i*S CASTROR ET SENAT PE 1) PA*triae* ‖ FILIO DIVI ANTONN PII GER SAR NEP *divi* ANTONN PII ‖ PRONEP DIVI HADR ABNEP ‖ DIVI TRAI PART ET DIVI NERI‖VAE ADNEP · PART · M · BRI 2) GERM ‖ P M TR P XVIII IMP III COS ‖ IIII 3) P P PROS 4) RP SITFENSI‖VM NER ANTONNIANOR ML ‖ CONSEII 5) — Sitifi. Exploration de l'Algérie, Archéol. pl. 85, 2.

1) corr. ET. 2) corr. BRT. 3) a. 215. 4) corr. PROC. 5) R*es*P*ublica* SITIFENSIVM NER*vianorum* ANTONINIANORVM MIL*iarium*, ut est in titulo Sitifensi l. l. n. 3. — CONSEI in utroque titulo obvium pro *consecravit* haberem, nisi indoles monumenti obstaret; at certa mihi quidem esse videtur interpretatio vocis MIL, praesertim quum in fine alterius tituli litterae quaedam mutilae exstent A S E T M P, in quibus notam loci latere puto; fortasse A SET*ifi* M*ilia* P*assuum* . . . . Habemus aliud quoque miliarium mutilum, quo COL*onia* NE*rviana veter*ANOR SETIFE*nsium* exhibetur cum hac nota: A SITIFI MIL PASS III; l. l. n. 4.

5506. IMP CA*es* M AVRELIO SEVERO ANTONINO PIO FELICI AVG ‖ PARTH*ic*O MAXIMO · BRITANNICO MAX · GERMANICO MAX ‖ PONT *ma*X · TRIB · *p*OT · XVIIII · COS · IIII · IMP · III · [1]) P · P · PROC*o*S ‖ ET IVLI*ae* DOMNAE PIÆ FELICI AVG · MATRI · EIVS ET SENATVS ET PA‖TRIAE · ET · *cas*TRORVM · ET DIVO SEVERO AVG PIO PATRI · IMP · CAES · M AVRELI SE‖VERI AN*tonini* PII FELICIS AVG · ARCVM TRIVMPHALEM A SOLO · D · D · RES · P · FECIT — Cuiculi (*Djemila*). *Exploration de l'Algérie, beaux arts*, vol. I. pl. XXXV, 3.

1) a. 216.

5507. IMP · CAES · M · A*ur* · *anton* ‖ PIO · FEL · *augusto* ‖ GERM · PON · MAXIM · ‖ ET · IVLIAE · AVG · MATRI · ‖ CASTRORVM · ‖ OB · VICTORIAM ‖ GERMANICAM[1]) — *Meimsheim* Würtembergiae rep. 1838. *Kunstblatt* 1838, p. 146; Bull. Inst. Arch. 1838, p. 164; Stälin, *Würtemb. Gesch.* I, p. 41; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 6.

1) Nomen Germanici Caracallus anno 213 assumpsit, quo in Gallia commoratus est. De bello eius Germanico narrat Spartianus (c. 6), tempore male indicato. Inscriptio VICTORIA GERMANICA in nummis anni modo indicati legitur; Eckhel VII, p. 211; cf. p. 222.

5508. HERCVLI · INVICTO · SACR ‖ GENIO · NVM · EQ · SING ‖ AVGG · NN · PRO · SALVTE ‖ IMPP · CAESAR · L · SEPTIMI ‖ SEVERI · ET · M · AVRELI · AN‖TONINI *et · p · septimi · getae · n · caes* ‖ ET · IVLIAE AVG · MATRI ‖ CASTROR · ET · AVG · *et · caes* ‖ *et · p · fulvi · plautiani*[1]) ‖ *pr · pr · c · v · et fulviae* ‖ *plautillae aug totiusq* · DO‖MVS · DIVINE · TRIB ‖ OCCIO · VALENTE · ET · L · OCTAVIO ‖ PISONE · ET 7 7 EXSERC · [2]) FL ‖ TITIANO · ET · AVR · LVPO ‖ C · IVLIVS · SECVNDVS ‖ VEXIL · ERE · SVO · DEO · DD · D — A latere sinistro: DEDIC · IDIB · SEPT ‖ SEVERO · III · ET · ANTONINO AV‖GG · NN · COS [3]) — Romae rep. prope basilicam Lateranensem. Mur. 349, 2; cf. Mar. Atti p. 300.

1) cf. n. 6498 et annotationem meam ad nn. 934. 935. 2) *centurionibus exercitatoribus*, de quibus vide quae in Annall. Instit. Arch. 1850, p. 43 sq. exposui. 3) a. 202.

5509. FVLVIAE · PLA*utillae* ‖ AVG · SP*onsae* ‖ IMP · M · AVRELI · AN*tonini* ‖ AVG · ET · NV*rui* ‖ IMP · L · SEPTIMI · SEV*eri* ‖ PERTINACIS · *augusti* ‖ RES · P · CVR · SAB · EX · D*ec · c · vir* ‖ CVR · REI · P · M · VLPIO . . . . . ‖ IIII · VIR · L · FLAVIO · BRO . . . ‖ M · ANIO . . . . — Lapis effossus anno 1774 in colle nuncupato *degli Arsi* prope Cures Sabinas. Vidi in Mus. Vaticano. Cf. n. 3730, et quae ibi adnotavi. Duo versus priores scalpro deleti sunt, sed leguntur.

5510. IMPP · L · SEPTIMI SEVERI E M · AVR · ANTONINI AVGG E GETAE CAESAR ‖ SVB CVR RAT PROC [1]) VENVST AVGG LIB EX OFF [2]) T FLAVI TIRIDATIS LIB — In tubo plumbeo Ostiae reperto. Marini, Ms. Vat. de figulinis cet. *tubi di piombo* n. 32a; nisi potius a Borghesio, cuius apographo usus sum, haec inscriptio Marinianis adiuncta est.

1) CVR*a* RAT*ionalis et* PROC*uratoris*. 2) OFF*icina*.

5511. IMPP · M AVRELI ANTONINI · ET · P · SEPTIMI GETAE · AVGG[1]) SVB CVRA RAT · E VICTORIS PROC · AVGG · LIB · EX · OFF EPICTETI LIB — Ibd. item, n. 32b.

1) Titulum Getae Augusto dedicatum v. n. 3739.

§. 24. MACRINVS. DIADVMENIANVS.

N. 943 paullo accuratius apud Arneth, *R. Meilensteine* n. 12, qui E, ANTONINVS, IVVENTVTIS exhibet, in explicandis notis SC cet. parum felix.

N. 944 init. M; in fine PRINC . IV . . . . ; Marini, Ms. Vat. cit. n. 36.

5512. M OPELLI MACRINI PR PR C V[1]) — Rep. Romae prope aedem Lateranensem. Marini, Ms. Vat. cit. n. 33; Mur. 480, 7.

1) Macrinus a. 212 praetorio a Caracallo praefectus est, Papiniano interfecto; cf. Spart. Carac. 8 (Dio 78, 11), quamquam Tillemont, *hist. des empereurs* III, p. 124 conferendus est.

5513. M · OPELLI DIADVMENIANI C P[1]) — Ibd. Marini, l. l. n. 34; Mur. l. l.

1) *Clarissimi Pueri*; Mar. Atti p. 550.

§. 25. IVLIA SOAEMIAS. IVLIA MAESA. ELAGABALVS.

N. 946 in parte Graeca litterae TI nexu iunctae sunt; v. 3 *BPITANNEIAΣ*. In Latinis v. 2 BRT; RATONIS; PRAEFF; v. 3 C . V; LEG . LEG; v. 5 SOAEMIAS; v. 6 FILIS. V. ipse in Mus. Vat.

N. 948, v. 3 post PII deest F.

N. 951. Non sine causa ipse Muratorius dubitabat essetne genuinus (250, 3); neque enim v. 1 CAES deesse potest, neque ante trib. pot. XVI imp. II Caracallus dicitur. Mihi tamen lapidem evanidum male exscriptum esse probabile est; nam insunt quaedam, quae falsarius minime excogitaverit, e. g. nomen Parthici maximi datum omissis PII et FELICIS appellationibus, quas post illud eum assumpsisse constat (Eckhel VII, p. 221). Quare si in v. 1 post IMP inserueris CAES, numerum vero II ex v. 3 ad finem v. 2 transtuleris et IMP illud v. 3 ad Severum potius, quam ad Caracallum, retuleris, nihil suspecti titulus continebit. Quod enim Parthici nomen in nummis cum tertia demum potestate tribunicia iungitur (Eckhel l. l.) nihil impedit, quum pater eo antea iam usus sit, ita ut filium quoque Parthicum nominatum esse credere possis, priusquam in nummis eo nomine honoraretur.

5514. IMP CAESA*r m* AVREL · *antoninus pius fel* || AVG *summus sacerdos dei solis elagabali*[1]) || *pont* · *max* · *t*RIB · P · *iiii* COS *iii* P P DVI *antonini mag f* || DIVI · SEVER · NEP · *et m* · *aurel* · *alexander nob* || CAESAR IMPER*i heres* · · · · · · · · || ALÆ II ASTVR*um* VE*tus*TAT*e collapsum restitu*||ERVNT PER MARIVM VALERIA*num leg aug pr pr* || INSTANTE SETIMIO NILO PRAEF · · · · · · · || DEDICATVM · III · KAL · NOVEM GRATO ET SELE*uco cos*[2]) — *Walwick Chesters*; Archaeologia Aeliana p. 124, tab. VI; rest. Borghesius, Bull. Inst. Arch. 1851, p. 76.

1) cf. Eckhel, VII, p. 250. 2) a. 221. Prioris anni titulus eodemque modo restituendus *Anguillarae* a Nibby commemoratur, *Dintorni*, I, 151:

5515. *imp . caes . m . aurelio anto*||*nin*O · PIO · *felici* · *aug* · *summo* · *sacerd* · *dei* · *solis* · *ela*||*gaba*Li · PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · III *cos* · *iii* · *p* · *p* ·[1]) *et* || *iuliae* MAESAE · SANCTISSIMAE · AVG · AVIAE

IMP · *caes* ‖ *m · aurelii · antonini · pii · felicis · augusti* ‖ · · · IVS · LAETVS · DICATISSIMV*s numini eorum.*

1) cf. Eckhel VII, p. 249 sqq.

5516. IVLIAE MAESAE ‖ AVG · AVIAE · IMP ‖ CAES[1] · · · · — Rep. Minturnis, nunc penes comitem Nugent in villa eius *Tersat* prope *Fiume* Croatiae. Bull. Nap. I, p. 52; Mommsen, I. N. 4057; exscr. mea caussa v. cl. Sabljar.

1) Nomen abrasum vel Elagabali, vel Alexandri est.

§. 26. IVLIA MAMAEA. SEVERVS ALEXANDER.

N. 955, v. 5 AVGVSTI ET; Bull. Inst. Arch. 1845, p. 62.

N. 956, v. 4 fortasse LEG . AVG.

5517. *imp*ERATORI · CAESARI ‖ *divi* SEVERI · PII · NEPOT · DIVI ‖ *anto*NINI · MAGNI · PII · F · M · AVRELIO ‖ *severo alexandro · pio · felici · aug*[1]) ‖ *ponti*F · MAX · TRIBVN · POT · II · COS · P · P ‖ *come*NS · DEVOTI · NVMINI · MAIESTATIQ · EIVS ‖ *d* · D — Comi, Aldini, *Marmi Comensi*, p. 58; Bull. Nap. I, p. 53.

1) De nominibus Alexandri abrasis cf. Avellino, *Opusc.* III. p. 211; Bull. Nap. l. l.; Borghesi, *Memorie dell' Inst.* p. 197 sqq. — Nomina quoque uxoris eius Sallustiae Barbiae Orbianae erasa esse, titulo sequenti docemur:

5518. · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · ‖ IMP · CAES · M · AVRELII ‖ SEVERI · · · · · · · · ‖ PII · FELICIS · AVGVST ‖ COLONIA · FLAVIA ‖ AVG · PVTEOLI — Rep. Puteolis, nunc in Mus. Borbonico. Mommsen, I. N. 2496. Una cum eo haec basis inventa est ad ipsum Alexandrum pertinens:

5519. IMP · CAESARI ‖ DIVI · SEPTIMI · SEVERI · ‖ PII · NEP · DIVI · ANTONINI ‖ MAGNI · PII · FILIO ‖ M · AVRELIO · SEVERO ‖ *Alexandro* · PIO · FELICI ‖ AVG · PONTIFIC · MAXIM ‖ TRIB · POTEST · V̄ · COS · ĪĪ · P · P · [1]) ‖ COL · FL · AVG · PVTEOLI — Ibd. l. l. 2495.

1) a. 226. — Avellino, *Opusc.* III, 212 fortasse rectius: AVRELLIO.

5520. IMP · CAES · DIVI · ANTONINI · MAGNI ‖ PII · FIL · DIVI · SEVERI · PII · NEPOS ‖ M · AVRELLIVS · SEVERVS · ALEXANDER · PIVS · FELIX ‖ AVG · PONTIF · MAX · TRIB · POT · VIIII · COS · III · P · P ‖ EQVITIBVS QVI INTER SINGVLARES MILITAVER ‖ CASTRIS · NOVIS · SEVERIANIS · QVIBVS PRAEEST ‖ AELIVS VICTOR · TRIBVNVS · QVINIS · ET · VICENIS ‖ PLVRIBVSVE STIPENDIS EMERITIS DIMISSIS ‖ HONESTA MISSIONE QVORVM NOMINA SVBS‖CRIPTA SVNT · CIVITATEM ROMANAM QVI EO‖RVM NON HABERENT · DEDIT ET · CONVBIVM ‖ CVM VXORIBVS QVAS TVNC SECVM HABVIS‖SENT CVM ES (sic) CIVITAS IIS DATA AVT CVM IIS QVAS ‖ POSTEA DVXISSENT · DVMTAXAT SINGVLI S · [1]) A · D · VII · ID · IAN ‖ L · VIRIO AGRICOLA · ET · SEX · CATIO · CLEMENTINO · COS[2]) ‖ EX · EQVITE DOMINI N̄ · AVG ‖ M · AVRELIO · DECIANI .

FIL · DECIANO ‖ COLONIA · MALVESE IN DACIA ‖ DESCRIPT · ET RECOGNIT · EX TABVLA AEREA QVE (sic) FIXA EST ROMAE IN MVRO POS (sic) TEMPL · DIVI AVG AD MINERVAM — Neapoli, in Mus. Borb. Avellino, Opusc. III, p. 178.

1) SINGVLI *Singulas*. 2) a. 230.

§. 27. MAXIMINVS I. ET MAXIMVS.

N. 963, v. 3 corr. P . F, *pius felix*.

N. 965, v. 2 INV . *(invictus)* P . F; GERMANIC; v. 3 DACIC; SARMATIC; POTESTATIS; IVLIVS; MAX; v. 4 CAESA .; GERMANIC; DACIC; SARMATIC; v. 5 PRINCEPS; F . D . N . IMP . C . IVLI; v. 6 PONTES; TEMPORE . VETVSTATIS (?); v. 7 LAPSOS . RESTITVERVNT; v. 8 Q . DECIO . LEG . AVGG . PR . PR . A . BRAC . AVG . M . P . I — Borghesi, *Dipl. di Trajano Decio* (Acta Acad. Pontif. Romanae) p. 22 ex Ms. quodam saeculi XVI, in quo varie versus quoque distribuuntur. Idem pro trib. pot. V scribendum esse docet IV, in marmore corroso ac mutilo male lectum. Legatus Lusitaniae Decius est, qui postea imperavit.

5521. NVMINI*b* AVG ‖ SEVERI ET ‖ ANTONINI ‖ · · · · · · · · · · · ET ‖ DEAE DIANAE ‖ C IVLIVS MAXIMINVS ‖ LEGATVS AVG ‖ PR PR1) — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 162.

1) Maximinum, antequam imperator factus esset, exercitus et provincias rexisse Herodianus VI, 8 tradidit; quare ad Maximinum Augustum inscriptionem pertinere l. l. proposui. At male tum Getae nomen deletum esse credidi. Maximinus enim ab Alexandro demum, quum antea tribunus militum fuisset, maioribus honoribus ornatus est (Capitol. Max. 5); itaque, si re vera titulus ad eum spectat, Alexandri nomen abrasum esse puto, ita ut, omissis ceteris, memoriam eorum imperatorum ab eo cultam esse dicam, a quibus ipse beneficia acceperat. Quod si verum est, v. 1 AVGGG scribendum erit.

5522. · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · ‖ FELICI AVG · 1) PONTIFICI ‖ MAXIMO GERMANICO ‖ MAXIMO TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS BIS2) CONSVLI PAT‖RI PATRIAE CONSVLI3) PROCON‖SVLI M · AVRELIVS DECIMVS ‖ V I P P N4) EX PRINCIPE PEREGRI‖NO5) DEVOT *n m q e* — Cirtae. *Excursions dans l'Afrique septentr.* n. 72.

1) l. *imp. caes. c. iulio* ‖ *vero maximino pio* cet. (abrasa). [Non Maximini est, sed Maximiani, anni 286. Vide *Berichte der sächs. Ges.* 1852, p. 222. Mommsen.] 2) a. 236, quo anno Germanos saepe vicit nomenque Germanici accepit; cf. Eckhel VII, p. 291. 3) Errore quadratarii repetitum. 4) l. V*ir* P*erfectissimus* P*raeses* P*rovinciae* N*umidiae*. 5) cf. Bull. Inst. 1851, p. 113 sqq.

5523. IMP · CAESAR ‖ C · IVLIVS VERVS ‖ MAXIMINVS ‖ PIVS · FELIX · AVG · P · M ‖ SARMATICVS · MAXIMVS ‖ DACICVS MAXIMVS ‖ P · · · · · · — Espesae in Hispania. Borghesi ex cod. Orti.

5524. IMP · CAES ‖ G IVLIVS VERVS M‖AXIMIANVS (sic) PIVS · FEL ‖ AVG · GERM · MAX · ‖ SARM · MAX · DACI‖CVS · MAX · PONTIF · ‖ MAX · T · P · III · IMP · V · 1) ET ‖ G IVLIVS · VERVS · MAXI‖MVS · NOBIL · CAES · PR · ‖ IVVENTVTIS · GERMAN ‖ SARM · MAX · DAC · MAX ‖ VIAM · A · KARTHAG*ine* · · ‖ · · · · · · · · · — *Sidi Bou Atilah*, prope *El Kaf* provinciae Tunetanae. Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, p. 352, n. 179; cf. n. 5312.

1) a. 237.

5525. *c · iulio · vero* · MAXIMO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES · GERMANIC ‖ *m*AX · DACICO · MAX · SARMATIC ‖ *m*AX · PRINCIPI · IVVENTVTIS ‖ *filio · d · n · c · iuli · veri* ‖ *maximini · p · f · aug* ‖ · · · · · · · — Romae in coemeterio *inter duas lauros* viae Labicanae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 19.

5526. IMP · CAES · G · IVLIO ‖ VERO · MAXSIMINO ‖ PIO · FELICI · AVG · ET · G ‖ IVLIO · VERO · MAXSIMINO[1] ‖ CAES · NOBILISSIMO ‖ · · · M L · · · — *Kleestadt* Hassiae Darmstadiensis. Steiner, I. Rh. 269; I. Dan. et Rh. I, 181.

1) Ita se ipsum in monumento legisse recentiore libro denuo Steinerus affirmat. Hoc igitur titulo Capitolini et Aurelii Victoris auctoritas defenditur, a quibus filius quoque pro Maximo Maximinus appellatur; cf. Borghesi, I. R. p. 4 (Ann. Inst. 1839, p. 129).

§. 28. PVPIENVS. GORDIANVS III. FVRIA SABINA TRANQVILLINA.

N. 971 idem titulus esse videtur, quem Donat. 336, 5 refert, male tamen restitutus et omisso versu integro descriptus: corr. v. 1 ANTONIO; v. 2 P . F; v. 3 PONT . MAX . TRIB . POT . *iiii* . COS . II.

N. 972 corr. v. 6 GORDIANA.

N. 975, v. ult. intellige COH*ortis* I . L*ingonum* GOR*dianae*; cf. Gough, *additions to Camden's Britannia* III, tab. 20, 9.

N. 977 a Mommsenio (I. N. 6787) merito defenditur, qui in textu restituendo Mazocchium et Massonium secutus est; hic vidit Aquilae. Lege SABINIAE; AVGVSTAE; dele IMP . CAES; in fine pro *eius* EORVM. Diversa quoque versuum divisio.

N. 978 l. BAETVLONENSIS; MAIESTATI; Finestres, Inscr. Catal. II, 24.

N. 979, not. 2 expl. *Municipii Fori Illiberitani.*

°5527. *d · coe*L · BALB · Ir M ‖ CLo PVP · MAX · ‖ II · Co SoLICA[1] — In fragmento vasis rep. Solicinii (Col. Sumlocenn. *Rottenburg*). *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 173; minus bene Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 130.

1) Inscriptionem, quam spuriam et ex falsa notitia fastorum Almeloveenianorum confictam esse Mommsenius nuper demonstravit (*Epigr. Anall.* 18 ex *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 192), hic proposui, ne quem in errorem induceret.

5528. IMP · CAEs ‖ M · ANTO‖o GORDI‖ANO · PIO ‖ FEL · AVG ‖ PONT · MAx ‖ TRIB · P · II · ‖ COS · PROC[1] ‖ DECVRIONES ‖ ET · AVGVST · ‖ EX AERE CoL‖LATO — Rubis. Mommsen, I. N. 624.

1) a. 239. — Aliam eius inscriptionem v. n. 5186.

5529. IMP CAES M ANTO‖NIO GoRDIANO INVI ‖ PIO FELICI AVG PON‖TIFICI MAXIMO TRIB POT ‖ $\overline{III}$[1] IMP $\overline{III}$ P P CoS PROCOS ‖ DIVI GORDIANI NE‖POTI ET DIVI GOR‖DIANI SORORIS[2] FILIO ‖ RES PVB VERECVNDENS[3] ‖ DEVOTA NVMINI ‖ MAIESTATI EIVS — *Marcouna* (*Mercanda*) prope Lambaesin. *Mém. des Antiquaires de France*, vol. XXI, p. 120.

1) a. 993 = 240. 2) Hac inscriptione refellitur sententia eorum, qui Gordianum III filium dicebant Gordiani II, a quo fortasse adoptatus erat; cf. Cap. Gord. III, 22. 3) Cf. nn. 5341, 5342.

Sabiniae Tranquillinae titulum vide n. 5321. Eckhelius, quum de vero eius nomine disputaret, et ex nummis proprie eam *Sabiniam* appel-

latam esse affirmaret, quamquam in nummis quibusdam Graecis nomen *Sabinae* legi confessus est, eodem tempore de patre eius egit, cui hunc titulum tribuit, nomen ei pro Misitheo *Timesithei* fuisse proponens (VII, p. 219):

5530. C · FVRIO SABINIO AQVILAE ‖ TEMESITHEO PROC · PROV · LVGVD · ET ‖ AQVIT · PROC · PROV · ASIAE IBI VICE XX ‖ ET XXXX ITEMQ · VICE PROCOS · PROC ‖ PROV · BITHYNIAE PONTI PAPHLAGON ‖ TAM PATRIMONI QVAM RAT · PRIVATAR ‖ IBI VICE PROC · XXXX · ITEM VICE PROC ‖ PATRIMON · PROV · BELGIC · ET · DVARVM ‖ GERMANIAR · IBI · VICE PRAESID · PROV ‖ GERMAN · INFERIOR · PROC · PROV · SY-‖RIAE PALAESTINAE IBI EXACTORI RELI‖QVORVM ANNON · SACRAE · EXPEDITIO‖NIS PROC · IN VRBE MAGISTRO XX ‖ IBI LOGISTAE THYMELAE[1]) PROC · PROV ‖ ARABIAE IBI VICE PRAESID · BIS PROC ‖ RATION · PRIVAT · PER BELGIC · ET DVAS ‖ GERM · PRAEF · COH · F · [2]) GALLIC · IN HISPAN ‖ C · ATILIVS MARVLLVS ARVERN ‖ ET G · SACCONIVS ADNATVS ME‖DIOMATR · PATRONO · OPTIMO — Luguduni Allobr. Spon, Miscell. p. 148.

1) cf. *procuratorem summi choragi*, Or. 12. 3209. 2) corr. COH . I, vel FL*aviae*?

Hanc eius sententiam confirmavit Borghesius *dilucidazione d'una lapide Gruteriana* cet. p. 24 (ex Actis Acad. Taurin. XXXVIII) prolato fragmento olim pavimento Basilicae Lateranensis inserto, quod in Cod. Vat. 5249, p. 207 invenerat:

5531. · · · · VS · TIMISITHEVS ‖ · · · · PRAEF · PRAETORIO[1]) ‖ · · · · ATICVM · [2]) MAIOR · · · ‖ · · · MO FORTISSIMOQVE ‖ · · · · · · · · ·

1) l. *c . furi*VS . TIMISITHEVS ‖ *v(ir) em(inentissimus)* PRAEF . PRAETORIO. 2) l. PORTICVM; cf. Capitol. Gord. 32.

§. 29. PHILIPPI DVO. MARCIA OTACILIA SEVERA.

N. 981 neque a Sestinio, neque a Schoenwisnero (It. II, p. 175) accurate exscriptus. Philippo enim patri nec *pii felicis*, neque *Augusti* nomina deesse possunt; consul autem altero demum imperii anno processit. Otacilia Severa denique *mater Augusti* appellatur, quamquam Philippus minor Caesar tantum est.

N. 985, suspectus; a Grutero ex Boissardo exscriptus, ut nn. 877. 886. Anaglyphum quoque, cui dedicationem adiunctam fuisse Boissardus finxit, nemo artis antiquae vel paullulum peritus pro genuino habebit; cf. eius vol. I, tab. 133.

N. 988, 3, v. 4 SIGNIFER‖ORVM; Lersch C. M. III, 99, al.

5532 IMP · CAES ‖ M · IVL · PHILIP*po* ‖ P · F · AVG · PONTI*Fici* ‖ MAXIMO · TRIB ‖ POTESTATIS · · COS ‖ II · P · P · PROCOS · ET ‖ MARCIAE · OTACILIAE ‖ SEVERE · SANCTISSIME ‖ AVG · CONIVG · AVG · N ‖ AB AQ · [1]) MP · VIII — In promontorio *Csepeliensi*, nunc in Mus. Nat. Hungarico. Acta litt. Mus. Nat. Hung., Budae 1818, 4, p. 257, n. 41.

1) AQ*uinco*.

5533. Ad Philippum patrem pertinent nn. 5192; 5193; 5195; ad ambos Philippos hic titulus: · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · ‖ FEL · AVG · P ·

PATRIAE ‖ PRO · COS · ET · M · IVLIVS ‖ PHILIPPVS · NOBILISSI‖MVS · CAESAR · PRINCEPS ‖ IVVENTVTIS · FILIVS · D‖OMINI · NOSTRI · PHILIP ‖ AVG · VIAM · QVAE DV‖CIT · A · NORA · BITIAE ‖ VETVSTATE · CORRV‖PTAM · RESTITVERVNT ‖ · · · · · · · · · — Della Marmora, *voyage* II, p. 476, n. 25.

§. 30. DECIVS, EIVSQVE VXOR ET FILII.

N. 992, v. 6 ET; ETRVSCVS.

N. 995 scr. IMP . CAES . C . MESSI . Q . TRAIANI . DECI, et in fine MAIESTATIQ. V. Kellermann, Orell. Anal. epigr. p. 36. Versus quoque aliter divisi.

5534. IMP · CAES · C · MESSIVS · QVINTVS · TR*aianus* · *de*-‖CIVS · PIVS · FEL · AVG · PONTIF · MAX · TR · POT · COS · *p* · *p* · *procos* ‖ IIS · QVI · MILITAVERVNT · IN · CLASSE · PRAE*toria* ‖ DECIANA · P · V · RAVENNATE · QVE · EST · SVB · I · · · ‖CIANO · PRAEF · OCTONIS · ET · VICENIS · STIP*endis* ‖ EMERITIS · DIMISSIS · HONESTA · MISSIONE · *quorum* ‖ NOMINA · SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · FILIS · QVE · E*orum* ‖ QVOS · SVSCEPERINT · EX · MVLIERIBVS · QVAS · SE*cum* ‖ CONCESSA · CONSVETVDINE · VIXISSENT · 1) PROBAVE‖RINT · CIVITATEM · ROMANAM · DEDIT · ET · CONVBIVM ‖ CVM · IISDEM · QVAS · TVNC · HABVISSENT · CVM · ESST (sic) ‖ CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI · QVI · TVNC · NON · HABVI‖ISSENT · CVM · IIS · QVAS · POSTEA · VXORES ‖ DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLIS · 1a) SINGVLAS ‖ A · D · V · KAL · IAN ‖ *l* · *ful*VIO · AEMILIANO · II · ET · L · NAEVIO · AQVILINO · COS 2) ‖ EX · LIBRAR · SESQ · 3) ‖ *l* *a*MERINO · L · FIL · SEMPRO‖*nia*NO · DOM · ATESTE ‖ *et* · *l* · *ameri*NO · SEMPRONIA*no* ‖ *fil*IO · EIVS ‖ *descript*. cet. (cf. n. 5520.) — In parte externa tab. aereae, rep. in vico *S. Martino di Bordonchio* inter Ravennam et Ariminum. Borghesi, *Dipl. di Traiano Decio* (ex Actis Acad. Pontif. Archaeol. 1840). In parte interna haec leguntur:

5535. IMP CAES C · MESSIVS *q* · *tr* · *decius* ‖ PIVS · FEL · AVG PONT M TR*ibunic* ‖ POT · II COSS DES III P P *procos* 4) ‖ IIS QVI MILITAVER*unt* ‖ IN CLASSE P V D 5) RAVE*n*‖NATE Q EST S CL N · · · · · ‖ CIA S PR 6) OCTO ET · · · · · ‖ · · · · · STIP EMERI · · · · · ·

1) l. VIXISSE. 1a) l. SINGVLI. 2) a. 249. 3) EX . LIBRAR*io* . SESQ*uiplicario*. 4) a. 250. Quamquam in parte interna tabularum honestae missionis eadem incidenda fuisse constat, quae in externa, parte tamen interna huius tabulae aliud documentum exhibetur ad eandem quidem classem, sed ad annum insequentem aliosque ad homines pertinens, errore, ut Borghesio videtur, eius qui eam incidit; l. l. p. 87; cf. p. 71 sqq. 5) *Pia Vindice Deciana*.

5536. IMP · CAES · CA ‖ MESSIO · Q · TR · ‖ DECIo P · F · INV ‖ AVG · P · M · TR · P · II*i* ‖ P · P · ET · MESS · DECI*o* ‖ AVG · ET · QVINTO ‖ NOBILISSI · CAES ‖ *fil*IIS · 1) AVG · CAES · D · N ‖ M · P · CXII — *Wilten*, prope *Inn·pruck*. Borghesi, op. cit. p. 89.

1) Hoc monumento quaestio vetusta dirimitur, utrum filius, an gener Traiani Hostilianus fuerit.

5537. · · · · · · VICINIAE || · · · · VLLINI · ET || · · · NIVX · DONAVIT || · · · REFICIENDAM || · · · · IN · AGRO || · · · *d*ECIO · AVG || *iii* · *de*CIO · CAES · COS || · · · IVN [1]) — *Neustadt an der Hardt*, nunc Spirae. Steiner, I. Rh. 185; I. Dan. et Rh. I, 777.

1) Etruscum Decium, qui hoc quidem anno Augustus dictus est, ineunte mense Iunio eo honore nondum ornatum fuisse hoc titulo patet; cf. Borghesi, *Iscr. renane dello Steiner*, p. 4 (Ann. Inst. Arch. 1839, p. 129). Cos. a. 251.

5538.

q · HERENNIO · AETRVSCO · MES
*si*O DECIO · NOBILISSIMO · CAES
*p*RINCIPI · IVVENTV
5596. ☧ SALVIS DOMINIS NOSTRIS XRISTIANISSIMIS ‖ ET INVICTISSIMIS IMPERATORIBVS ‖ IVSTINO [1]) ET SOFIA*e* AVGVSTIS HANC MVNITIONEM ‖ TOMAS EXCELLENTISSIMVS PREFECTVS FELICITER AEDIFICAVIT — *Tubursuk*, in porta ar-

cuata. Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, app. n. 31; melius ex schedis Catherwoodii.

1) Iustinus II.

5597. † OPTIMO CLEMENTISSIMO *piissi*MOQVE ‖ PRINCIPI DOMINO N̄ *focae imperat*ORI ‖ PERPETVO A D̄Ō CORONATO TRIVMPHATORI ‖ SEMPER AVGVSTO ‖ SMARAGDVS EX PRAEPOS · SACRI PALATII ‖ AC PATRICIVS ET EXARCHVS ITALIAE ‖ DEVOTVS EIVS CLEMENTIAE · ‖ PRO INNVMERABILIBVS PIETATIS EIVS ‖ BENEFICIIS ET PRO QVIETE ‖ PROCVRATA ITAL · AC CONSERVATA LIBERTATE ‖ HANC STATVAM *maiesta*TIS EIVS ‖ AVRI SPLENDORE *fulgen*TEM HVIC SVBLIMI COLVMNAE *ad* PERENNEM ‖ IPSIVS GLORIAM IMPOSVIT AC DEDICAVIT ‖ DIE PRIMA MENSIS AVGVSTI INDICT · VND ‖ P̄C̄ · [1] PIETATIS EIVS ANNO · QVINTO [2] — Romae in basi columnae Phocae. Fea, *Anfiteatro Flavio* II, p. 63. *Beschr. Roms* III, 1, p. 271, ubi v. cett. Vidi ipse.

1) *Post Consulatum.* 2) a. 608; Fea, l. l.

CAPVT III.

HISTORIA LITTERARIA.

STVDIA.

N. 1164 susp.; cf. Mommsen, *Inschr. v. Ameria*, *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 267.

N. 1166, parti superiori sincerae Propertii nomen a falsario adiunctum est; cf. Haupt, *über d. Namen des Propers*, op. cit. p. 265.

N. 1168, v. 1 OLI; v. 2 W; v. 3 OLI; Mommsen, I. N. 2224. Consules sunt anni 37; Borghesi apud Avell. Op. II, p. 211 sqq.

N. 1172 rest. nuper Mommsenius in Annall. Inst. Arch. 1854, collatis inter se melioribus apographis, quae nobis conservata sunt; cf. l. l.

C . PLINIVS . L . F . OVF . CAECILIVS . *secundus* . *cos*
AVGVR . LEGAT . PRO PR . PROVINCIAE PON*ti et bithyniae*
CONSVLARI . POTESTA*t* . IN . EAM . PROVINCIAM . E*xtra sortem ab*
IMP . CAESAR . NERVA . T*r*AIANO . AVG . GERMAN*ico* . *dacico missus*
CVRATOR . ALVEI . TI*b*ERIS . ET . RIPARVM . E*t* . *cloacarum urbis*
PRAEF . AERARI . SATV*r*NI . PRAEF . AERARI . MIL*itaris* . *pr* . *tr* . *pl*
QVAESTOR . IMP . SEVIR . EQVITVM *romanorum*
TRIB . MILIT . LEG . *iii* GALLICA*e* *xvir* . *stli-*
TIB . IVDICAND . THERM*ae ex HS* . . . ADIECTIS . IN
ORNATVM . HS . CCC *et statuis* (?), *amp*LIVS . IN . TVTELAM
HS . CC . T . F . I *amplius suo et* LIBERTOR . SVORVM . NOMIN*e*
HS IXVIIII LXVI DCLXVI . REI *publ. dedit, quorum inc*REMENT . POSTEA . AD EPVLVM . *pl*
EB . VRBAN . VOLVIT . PERTIN*ere annuos* X*vdc eo amplius* . DEDIT . IN . ALIMENT . PVEROR
ET . PVELLAR . PLEB . VRBAN . HS *d* . *item bybliothecam et* IN . TVTE-LAM . BYBLIOTH*e*
CAE . HS . C

Borghesius, qui et ipse titulum restituit (*Burbul.* p. 19), exemplo ab Aldinio (*Marmi Com.* p. 107) proposito in errorem inductus est. — Quum Traianus cognomine *Optimi* careat, ante annum 113 titulus exaratus est; eo autem tempore Plinium in vivis non fuisse, nota T . F . I satis constat.

N. 1174, v. 2 SEMITA; v. 5 AD SVPEROS; v. 10 HILARVS; IPSE. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 49.

N. 1175, v. 11 APELITI; in Graecis v. 3 *ΚΕΡΒΕΛΟΣ*; v. 7 *ΠΗΛΟΝ*; v. ult. *ΕΙΠΕ ΟΤΕ*. Vidi ipse in Villa Pamfilia; litterae Σ et Ω ita formatae sunt: *Ꮯ*, W.

N. 1178, v. 7 MOES.; v. 8 IVRID . HIS||PAN . CIT . IVRIDIC . APVL cet.; v. 9 LABR; PLEB; v. 11 SPLENDIDISS. Mommsen, I. N. 1420.

N. 1179: de hoc titulo dubitavit Maff. A. C. I, 282, sed exstat in Mus. Vat., et sinceritas eius confirmatur inscriptione a Letronnio (*Inscr. de l'Egypte* II, p. 397, pl. XXXIII, 19) publicata: *ΑΡϹΙΟ ΟΜΗΡΙΚΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ϹΚ ΜΟΥϹϹΙΟΥ*, cuius versus supra scripti ex Iliade et Odyssea sumpti et denuo compositi sunt. Fortasse etiam OVIDIANVS POETA (Grut. 446, 8) genuinus est.

N. 1182, v. 2 *cla*VDIO; v. 9 et 10 in. pro F errore E legitur. Titulus haud dubiae sinceritatis nunc in Mus. Borbonico asservatur. Mommsen, I. N. 6794.

N. 1184: ne de sinceritate dubites, noto, titulum in Seminario Nolano exstare; op. cit. 2007.

N. 1187, v. 10 MEMM. Romae, in villa Casaliorum, ubi v. Kellermann. Nomina in inscriptionibus honorariis casu plerumque genitivo (rarius dativo et accusativo vel nominativo) ceteris praemissa nihil aliud esse, nisi nomen quoddam principale et quo praecipue vir honorandus appellari solebat, multis exemplis Borghesius comprobavit; *dichiarazione d'una lapide Gruteriana*, p. 43 sqq. (ex Actt. Acad. Taur. XXXVIII).

N. 1188 corr. Kellerm. Vig. 118 et accuratius de Rossi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 291. Exstat in villa Casaliorum, ubi Symmachorum aedes erant. Cf. n. 5593.

N. 1197, v. 1 ATILI; OVF; Aldini, *Marmi Comensi*, n. 46.

N. 1203 susp.; cf. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. Rechtsw.* XV, 3, p. 370.

5598. L · IVNIO · L · F · GAL ‖ MODERATO ‖ COLVMELLAE ‖ TRIB · MIL · LEG · VI · FERRATAE 1) — Tarenti. Murat. 826, 5; Mommsen, I. N. 578.

1) „Etsi epigraphia Tarentina vulneribus apertis et caecis laborat tota movetque suspicionem tituli, qui scriptoris de re rustica nomina ostendit, tamen hunc titulum egregie tuetur C. L. Grotefend (*Ztschr. f. A W.* 1835, p. 179); Columellam enim natione Hispanum fuisse et commoratum esse in Syria, quod utrumque aliunde constat, convenit cum tribu Galeria Hispanorum propria et cum tribunatu legionis VI ferratae, quae tum in Syria stationem habebat." Mommsen l. l.

5599. *cere*RI · SACRVM 1) ‖ *d* · *iu*NIVS · IVVENALIS ‖ *trib* · COH · *i* · DELMATARVM ‖ $\overline{\text{II}}$ · VIR · QVINQ · FLAMEN ‖ DIVI · VESPASIANI ‖ VOVIT · DEDICAV*itq*VE ‖ SVA PEC — Ad Aquinum pertinet. Mommsen, I. N. 4312, qui titulum genuinum esse et ad Iuvenalem poetam spectare ipsa indole auctorum, qui eum ediderunt, confirmat. Ab altera parte legitur decretum Aquinatium de tabula patronatus et statua constituendis; I. N. 4342.

1) *Cererem* intellige *Helvinam*; Iuven. sat. III, 318 sq. Mommsen, l. l.

5600. Q AELIO ‖ EGRILIO ‖ EVARETO ‖ PHILOSOPHO ‖ AMICO · SALVI ‖ IVLIANI · 1) AELiA ‖ TIMOCLIA · VXoR ‖ CVM · FILIS — Rep. *Wesselingii* prope Bonnam, nunc in Mus. Bonnensi. Lersch, C. M. II. 38.

1) Borghesius (apud Gerhardum, *Arch. Ztg.* 1845, p. 110) hunc P. Salvium Iulianum esse affirmat cos. ord. a. 928, filium Salvii, qui edictum perpetuum ordinavit. Eum anno, quo M. Aurelius imperator decessit, exercitui cuidam praefuisse Dio tradidit (72, 5); unde valde probabile est, eum praesidem Germaniae inferioris fuisse. Euaretus igitur inter comites eius fuit. Hunc Graecum ingenuum fuisse et a Q. Egrilio Plariano civitatem accepisse idem suspicatus est.

5601. NATA DIONYSIAS · GAIO I · · · · · · · · · ‖ CASSIO · DIONE · COSS · 1) ‖ OVAE (sic) VIXIT · ANNIS · VIGINT*i men*‖SES · QVATTVOR · DIEBVS · · · *dep* · · · ‖ IVLIAS · DORMIT *in pace* · · ‖ VS · RESTVTVS · CONIVG*i* · *b* · *m* — Romae, ad D. Mariae trans Tiberim, ubi vidi ipse. Rep. in coemeterio D. Calixti; Marangoni, *cose gentilesche* p. 460.

1) Dio historiarum scriptor quo anno primum fasces gesserit, nescio. Cos. II fuit. a. 229 cum Severo Alexandro Aug.; cf. Or. 1177, et:

5602. IMP · DOMINO N ‖ SEVERO ALEX‖ANDRO AVG III ‖ ET CASSIO DION*e* ‖ $\overline{\text{II}}$ COS ‖ L · POMPONIVS ‖ CONSTANS ET ‖ M · VRSINIVS V*e*‖RVS · II · VIR ‖ *de*DICAVERVNT — *Rabenten* parochiae *Kienberg* Bojoariae superioris. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 136.

5603. Aemilii Papiniani clarissimi iurisconsulti mentio fit in tit. Murat. 351, 1, quo post aliquot nomina equitum singularium legimus: SVB ‖ MAECIO · LAETO · ET · AEMILIO ‖ PAPINIANO · PP · PP · MEM 1) ‖ OCTAVIO PISONE · ET · VALERIO ‖ HERCVLANO · TRIBB · EQVIT · SING ‖ DDD · NNN · AVGGG · ET AELIO ‖ FLAVIANO · ET · AVR · LVPO · ET ‖ VLPIO · PAETO · 777 EXERCITATOR ‖ DEDIC · IMPP · M · AVRELIO ‖ ANTONINO II ET P · SEPTIMIO ‖ GETA · COSS · 2) V · KAL · IVNIAS — Romae.

1) corr. VV EM, *Viris* EM*inentissimis*. 2) a. 205.

5604. De Mario Maximo rerum scriptore cf. n. 5502. Ad Herodianum autem, quem muneribus publicis functum esse scimus, Borghesius (*Giorn. Arcad.* XXII, 64, p. 48) hanc inscriptionem Panormitanam refert: TI · CLAVDIO · HERODI‖ANO · C · V · LEG · PROV · SI- ‖ CIL · IVDICI · RARISSI‖MO PATRONO · COL ‖ PANHORMIT · PRINCI‖PALES VIRI EX AERE COL‖LATO · D · D — Mur. 1114, 3; Orell. 3760.

5605. D · M ‖ M · POMPONIO · M · FIL · M · N · M · PRON ‖ M · ABN COR · BASSVLO ‖ IIVIR · QQ ‖ NE · MORE · PECORIS · OTIO · TRANSFVNGERE*r* ‖ MENANDRI · PAVCAS VORTI SCITAS FABVLAS ‖ ET IPSVS ETIAM · SEDVLO FINXI NOVAS ‖ ID QVALE QVALEST CHARTIS MA*n*DATVM bV ‖ VERVM VEXATVS ANIMI CV*r*IS *a*NXIIS ‖ NONNVLLIS · ETIAM · CORPO*ris dol*ORIBVS ‖ VTRVMQVE VT ESSET · TAED*io supr*A MODVM 1) ‖ OPTATAM MORTEM SVM AC · · · · · · · · · · MIHI 2) ‖ SVO DE MORE CVNCTA ›·II · · · · · · NA · 3) ‖ VOS IN SEPVLCHRO *h*OC I I C · I · · · · IDITE 4) ‖ QVOD SIT DOCIMENTO POST I · · · · · · · · · SIIVS 5) ‖ INMODICE NE QVIS VITAE SCOI · · · · · · · IIEAT 6) ‖ CVM SIT PARATVS PORTVS EIAC · · · · · IBVS 7) ‖ QVI NOS EXCIPIAT AD QVIET*em perpet*EM ‖ SET IAM VALETE DONEC VI*vere exped*IT — Rep. in cryptis Aeclanensibus; nunc *Grottaminardae*. Guarini, iter vagum, mansio I, p. 1; corr. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1847, p. 94; *Rhein. Mus. N. F.* VI, p. 139; I. N. 1137. Lacunas explerunt Ritschl (Index scholarum in Univ. Fr. G. Rhen. per menses hibernos a. 1847 habendarum), Haupt, Lachmann (I. N. l. l.). Ego supplementa haud dubia in textum recepi, cetera in notis apposui. — De aetate Pomponii nihil aliud affirmare licet, nisi eum post coloniam a Vespasiano Aeclanum deductam vixisse; nam antea quattuorviris Aeclanenses utebantur; cf. Mommsen, ll. ll.

1) Ita optime Hauptius. Ritschelius: *mi ultra modum*; Lachmannus: *taediosum ultra modum*. 2) R: *aptus . quae dedit mihi*; H: *sum secutus ut mihi*; L: *sum adsecutus, quae mihi*. In archetypo autem post A litterae C fragmentum exstare videtur. 3) H: *donaret bona*, quae cum vestigiis litterarum magis convenire puto, quam R. *consolamina*, vel L. *dat relevamina*. 4) H: *elogium oro incidite*; minus accurate litterarum vestigia secuti R. *ne quid oro laedite*, et L. *dicier concedite*. 5) R. *fatales exitus*; minus bene, puto, H. *futuris omnibus*; L. *futuris maxsimus*. 6) H. *scopulos retineat*; R. *scopulos horreat*; L. *scopulus terreat*. 7) L. *eiaculantibus*, id quod cum litteris superstitibus optime conspirat; H. R. *flagitantibus*.

5606. D · M ‖ M · ROMANI · IOVINI ‖ RHETORIS · ELOQVII · LATINI ‖ CONDITVS · HAC · ROMANIVS ‖ EST · TELLVRE · IOVINVS ‖ DOCTA · LOQVI · DOCTVS ‖ QVIQVE · LOQVI · DOCVIT ‖ MANIBVS · INFERNIS ‖ SI · VITA · EST · GLORIA · VITAE ‖ VIVIT · ET · HIC · NOBIS ‖ VT · CATO · VEL · CICERO · ‖ M · IVNIVS · SEVERVS · ET · ‖ ROMANIA · MARCIA ‖ HEREDES BENEMERENTI ‖ FECERVNT — Romae, in V. Praenestina, nunc ad D. Pauli extra muros, ubi vidi. Nicolai, *Basilica di S. Paolo*, app.

5607. D · M · S ‖ M : DAMATIVS ‖ VRBANVS ‖ SVMARVM ARTI‖VM LIBERALIVM ‖ LITERARVM STVDIIS ‖ VTRIVSQ · LINQVAE („sic") ‖ PERFECTE ERVDITVS ‖ OPTIMA FACVNDIA ‖ PRAEDITVS V · A · XXII ‖ DIES VII · H · S · E · VIIII · K · OCTOBR · ‖ A · P · CLXXXX[1]) ‖ M · DAMAT · FELIX · PATER · PIVS ‖ FECIT — *Sitifi.* Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien n.* XLI (*Abhh. d. k. bair. Akad. d. W.* V, 2.).

1) *Anno . Provinciae* . CLXXXX, qui annus aerae nostrae 231 est; cf. n. 5337 et 5338.

CAPVT IV.

DII IMMORTALES.

---

§. 1. IVPITER OPT. MAX. EIVSQVE VARIA COGNOMINA, ETIAM PEREGRINA.

N. 1213 a Romanellio auctoritati Cassitti tribuitur; sed nonnunquam eam finxisse videtur. Hic certe titulus condemnatus est a Mommsenio, Bull. Inst. Arch. 1848, p. 32; I. N. 248*.

N. 1214, not. 1 *Dolicheno.*

N. 1219 genuinus est ac n. 4904 melius proponitur; cf. vol. II, p. 446.

N. 1220 rep. ad aedem antiquam Iovis in summo monte Apennino circa MD pass. a *Scheggia*; Colucci, *Antich. Picen.* XI, p. 226.

N. 1221 scr. *Arubiano*, fortasse ARVBIANO; cf. n. 5614.

N. 1222 spurius, ex officina Pollidoriana. Mommsen, I. N. 823*.

N. 1227 qui ab Or. laudatur: titulus *Quirini Salvatoris*, haud dubie spurius est.

N. 1228 idem ac 3726.

N. 1234 pro IN I. IV; id quod Kellermanno quoque placuit; Or. Anall. epigr. p. 37.

N. 1237 in Mus. Borb. descr. Mommsen (I. N. 2594) anticam, in qua pro *Eiazio* legit FIAZZO, unde Cod. Waelsc. f. 73, 77 lectio EIAZZO fortasse pro vera habenda est.

N. 1238: Gruteri potius, quam Donii, exemplum sequendum est; illud enim auctoritate Smetii nititur et margini adscriptum est, quae parum recte in eo leguntur, omnia sic in ipso marmore legi.

N. 1239 idem ac 3346.

N. 1240, de falsitate mihi quidem non constat.

N. 1243, v. 1 CHNVBIDI; v. 6 INVICTOR; v. 8 ET . C/////////////// SS////// /////////////////; v. 9 DOMNAE . AVG .; Letronne, *Inscr. de l'Egypte*, pl. XIII, 9; cf. vol. I, p. 446 sqq.

N. 1245, not. 2 *PrimiPilaris.*

N. 1247 in Mss. Guelferb. Gudii inter Ligorianos legitur, quos inde a p. 1151 incipere Mommsenius me codice inspecto docuit.

N. 1253; hunc titulum Tibure adhuc exstare auctor mihi est Stanislaus Viola Tiburs; quare de eo diiudicare minime audeo, quum ipse archetypum nondum viderim. Quamquam maxime suspectus mihi quoque est; cf. n. 1289.

N. 1256: in litura post vocem CAESARIS vestigia adhuc exstant nominum C . IVLIO . VERO . MAXIMINO, quibus iam nomina Alexandri et Mammaeae cedere debuerant: ab origine igitur sic in marmore legebatur: M . AVR || SEVERI . ALEXANDRI . AVG . ET . IVLIAE . MAMMAEAE . AVG . MATRIS || AVG . ET . CASTR . DOMITIVS cet. Vocabula PIO . FELICI . INVICTO et ipsa in litura reposita sunt. Cf. Borghesi, *Mem. d. Inst. arch.* p. 299, et Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37. Vidi ipse.

N. 1257 spurius, ut saepe tituli a Boissardo desumpti, ad figuram quandam pertinens Iovis sedentis, et rep. in via Appia.

N. 1259, v. 1 ST; ZETVS; v. 2 SABATIO . D . T . D (?); Targioni Tozzetti, *viaggi in Toscana* VIII, p. 417.

N. 1266 spurius; omissis ceteris, nota tribum Ocriculanam, et repertum titulum in via Flaminia esse.

N. 1267: ne cui titulus sane singularis suspicionem moveat, meminisse sufficiat, repertam eum extra Capuam in via, quae a porta Iovis ad Montem Tifatam ducit, per multum temporis in pago S. Prisci asservatum, deinde vero in Museum Danielis translatum esse, qui ipse aeri incisum publicavit (*Mon. di Cap.* p. 71); edidit Pratillius quoque, V. A. p. 335; cf. Mommsen, I. N. 3581.

Nn. 1272. 1273 a Mommsenio (I. N. 1375, 1376) loco non moventur, qui nullas se inscriptiones falsas a solo de Vita editas reperisse asseverat. Nihilominus pro spuriis eos habeo, licet nesciam, unde de Vita eos traxerit.

N. 1280, v. 3 corr. XIII . GeM.

N. 1282: Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37 ex apographo Scheppigii minus recte LIBERT; nam litterae A pars inferior adhuc superest. Suo autem iure Or. supplet LIBERTATI, quum particulae *que* spatium non sufficiat. Ipse vidi Tusculi.

N. 1284, v. 2 I. TAVIANO; cf. ad tit. seq.

N. 1285, v. 2 TAVIANO; v 6 .... AE CON II; v. 8 MVNICIPI Po; v. Neigebaur. Ipse de hoc monumento nuper egi (Bull. Inst. 1848, p. 131). Iovis nomen a celeberrimo sacrario Taviano Galatiae (Strab. XII, p. 567) deducendum esse et Galatas colonos in Dacia sedes habuisse demonstravi (cf. n. 7202), deinde vero huius ipsius tituli versu 6, in quo *milites con*II*sistentes* inepte antea legebantur. Neigebaurii lectione adoptata *Galatas* commemorari suspicatus sum; *galat*AE enim *consistentes municipi* (vel *municipio*) optime cum *collegio Galatarum* conspirant, cuius in alio quodam monumento mentio fit; cf. tit. modo laudatum.

N. 1287 corr. ALBÀNA. In tertio latere quaedam litterarum vestigia exstant: VEDIÑ .... AARA. Vidi cum Brunnio. Exstat in horto Colonnensium Quirinali.

5608. IOVIS · TVTELAE [1]) II C · HOSTILIVS II AEMILIANV*s* II VET · AVGG · NN II V · S · L · M — Olim in oppido *Poncarale*, nunc in Museo Brixiano. Mur. 10, 10; Labus, *Marmi Bresciani* n. 2, p. 6.

1) cf. Calend. rust. Grut. 138 et 139.

5609. I · *o* · *m* II FATORV*m* · *arbitro* [1]) II NOMINE · ST [2]) · · · · · II C · F · CORNELIA*ni et* II C · TERENTI · CORNEL*iani* II ET · M · SILI · CORN*eliani* II FILIORVM · [3]) · ET · *suo* II M . NONIVS · CLARVS · I · · II L · D · D · *d* — Brixiae. Labus, l. l. n. 4.

1) cf. Or. 1269. 2) ST*atii*. 3) Nota nomina filiorum a patris diversa.

5610. I · O · M II ADDO · EX II VOTO · POIISVIT · PRO · SIIALVTE · SVA II SVORVMQ II MANNO · E II DIEM · COS II · · · AKIVVIIME · · · [1]) — *Altripp* prope Nemetas, nunc in Antiquario Spirensi. Jäger, *Jahresber. f. d. Pfalz* I, 1842, p. 40, t. 2, fig. 2; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 742.

1) Tituli male exarati vv. 7—10 tam corrupti ab editoribus proponuntur, ut ne coniicere quidem fas sit. Steinerus in iis restituendis plane hariolatur.

5611. IOVI · ADONEICO, legitur in inscriptione Mediolanensi a Labusio commemorata; op. cit. p. 15.

5612. I O M II AGGANAIIICO M NOIINIVS VERVIIS CVM SVIS II V S L M — Ticini. Aldini, *lapidi ticinesi* n. 1.

5613. IOVI · O · M · II APPENNIN*o* II CONSERVAIITORI II DOMINOR II NNN [1]) II FORTISSIMOIIRVM II FELICISSIMOIIRVMQVE II

IMPERATORVM — Rusicadi (*Philippeville*). Clarac, *Musée*, inscr. pl. LXXI, 14; *Exploration de l'Algérie, archéol.* pl. 27, 10.

1) Tertia N abrasa ad Getam titulum pertinere indicat.

5614. I · O · M · ARVBIANO ‖ ET . BEDAIO · SANCTO ‖ TVL · IVVENIS ‖ BF · COS · LEG · II · ‖ ITAL . ANTONINIAN · V · S · L · L · M · ‖ IDIB · MAIS · *imp* · ‖ *caes* · *m* · *aur* · *antonino*[1]) ‖ II ET · SACERDOTE · COS — *Piedenhart*, nunc in Antiquario Monacensi. Hefner, *R. Denkmäler Oberbaierns*, n. XX, tab. II, n. 29 (*Oberb. Archiv*, VI). Vidi ipse, neque tamen exscripsi.

1) Elagabalus, qui anno 219 cum Tineio Sacerdote fasces gessit.

5615. I · O · M ‖ AVTORI ‖ BONARVM ‖ TEMPES‖TATVM ‖ . . . VAL · IVSTVS — *Lescure*, *dép. de l'Arriège*. *Revue Archéol. V*, *p.* 658; nunc in bibliotheca publica civitatis *Foix*; *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 76.

5616. P · POSTVMIVS ‖ P · L · AVCTVS ‖ IOVI · BALMARCODI[1]) ‖ V · L · M · S — In monasterio *Deir el Kalaah* prope Berytum, in ruderibus templi Iovis. C. I. Gr. ad n. 4536; Kennedy-Bailie, fasciculus inscriptt. cet. (Londini 1842, 4) n. CCCXXX.

1) Dicitur *ΒΑΛΜΑΡΚΟΣ* in titulo Graeco.

5617. I · O · M · BAIMARCODI[1]) ‖ M · VERGINIVS · BASSVS ‖ 7 · LEG · IIII · SCYT ‖ VOT · SOL — Parisiis. Visconti, *description des antiques* cet. p. 18. 41; Osann, Sylloge p. 377, n. LXII.

1) corr. BALMARCODI.

5618. CVLT · IOVIS · CAE, i. e. *cultores Iovis caelestis*, leguntur in titulo Venafrano apud Mommsen, I. N. 4611.

5619. IOVI · O · M ‖ CONSERVATORI · POS‖SESSIONVM · ROSCIOR‖VM · PACVLI · AELIANI · N · COS[1]) ‖ E · BASSAE · FILIORVMQVE ‖ EOR · EX · VOTO . L ‖ ROSCIVS · EVBVLVS · NVTRIT ‖ ET · PROCVRAT · CVM · ROSCIO ‖ FIRMO · LIB · PROC · EOR — In latere dextro: D · IIII · NON · MART ‖ IVLIANO · II · ET · CRISP*ino* ‖ COS[2]) — Concesii in agro Brixiano Grut. 18, 10; Labus, M. Bresc. n. 26, ubi v. cett.

1) a. 223. 2) a. 224. — Titulum hic proposui ad demonstrandum, quo modo nomen *conservatoris* ad res privatas nonnunquam relatum sit.

5619a. IMP · CAESAR ‖ C · VALERIVS · DIOCLETIANVS ‖ PIVS · FELIX · ‖ INVICTVS · AVG ‖ IOVI · CONSERVATORI — Fabrateriae novae. *Poliorama pittoresco a.* XII, 1848, n. 22.

5620. I · O · M ‖ DEPVLSOR ‖ C · IVLIVS ‖ PROBVS · ‖ M · L · X · G · SE[1]) ‖ V · S · L · L · M ‖ MAXIMO II ET A‖GRICOLA COS[2]) — *Pischk* prope *Bruck* Stiriae. Seidl, *Chronik d. arch. Funde*, I, p. 12.

1) *Miles Leg . X . Geminae SEverianae.* 2) In fastis hos consules non inveni, quos sub Alexandro Aug. fasces gessisse cognomine legionis satis declaratur (cf. Borghesi, *Dipl. di Traiano Decio* p. 33), cuius aetate Marium Maximum II cos. habe-

mus a. 223, Virium autem Agricolam cos. a. 230. Eorum collegae fuerunt illius Roscius Aelianus, huius Catius Clementinus. Quum autem illo tempore cos. suffecti non facile in lapidibus commemorati sint, Roscio Aeliano alterum cognomen Agricolae fuisse suspicor; nam si quis Clementino Maximi quoque cognomen fuisse maluerit, secundi consulatus mentio opinioni eius adversabitur.

5621. IOVI · DEPVLSOIIRI · GENIO · LOCI ‖ M · VALERIVS ‖ MAXIMIANVS ‖ LEG · AVG · LEG ‖ III [1]) · AVG · PR · PR ‖ CONSVL ET ‖ VLPIA ARISTONICE — Lambaese. *Revue Archéol.* VIII, p. 498.

1) Nomen leg. III. Aug. fere semper in titulis Africanis erasum et restitutum est; ut nomina Maximini filiique eius; cf. n. 5312 et 5340.

5622. IOVI ‖ DIANO [1]) ‖ C · HERRE‖NONIVS ‖ CANDIDVS ‖ V · S · L · M — Aquileiae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 130.

1) *Dianus* idem qui *Ianus*, ut *Diovis* pro *Iovis* sermone antiquiore dicebant.

5623. IOVI ‖ DOLC · [1]) PRO ‖ SAL . DD · NN ‖ AVGG · TOT · PR ‖ · · · · · [2]) SACERDOTES — Vetero-Budae. Mus. nat. Hung. p. 224, 10.

1) DOL*iCheno*. 2) Expectares TOT*iusque* D*omus* D*ivinae*. Quum vero PR clare in lapide legi videatur, suppl. PR*ovinciae*, coniungendum nescio utrum cum SAL*ute*, an cum SACERDOTES. Quamquam hoc fortasse probabilius, quia copula *que* vix omitti potest.

5624. I · O · M · DOL ‖ PR · S · IMPP [1]) ‖ SACRVM — Histonii. Mommsen. I. N. 5239.

1) PR*o* S*alute* IMP*eratorum*.

5625. 5626. I O M D ‖ T · FLAVIVS ‖ CARVS ‖ PRO · SALVTE ‖ SVA · ET · FL · VICI‖TORINAE · CONI ‖ ET · SVORVM ‖ V S L M ‖ TIF · Ē · LANIO COSS [1]) — Poetovione. *Alterth. der Oestr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829) n. 6; Bull. Inst. Arch. 1835, p. 4.

1) Borghes. (l. l.) corr. TIT*iano* ET LANIO, quos suffectos sibi ignotos esse dicit.

5627. I · D [1]) ‖ C · HELVIVS ‖ ROMANVS ‖ PRO · SE · ET · SVIS ‖ V · S — Patavii. Donat. p. 5, 2; Furlanetto, *lap. pat.* p. 7, n. IV, ubi v. cett.

1) *Iovi Dolicheno.*

5628. IN · H · D D ‖ ARCIAS MARI‖NVS SACERDO‖S DOLICHENI ‖ DONVMDONA‖VITEQVITBVS ‖ CHORTIS I F [1]) DECIO Ē GRATO COS [2]) — Rigomagi, prope Bonnam. Braun, Iupiter Dolichenus, Bonnae 1852, 4.

1) Cohors est prima Flavia Commagenorum; Mommsen, I. N. 1116. 2) Cos. a. 250.

5629. IOVĪ ‖ FVLGVRĪ ‖ FVLMINĪ — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* 1832, LVI.

5630. IOVĪ · SACR ‖ FVLMINARĪ ‖ T · TREBIVS ‖ T · F — Rep. in *Villa di Villa* prope Ateste, nunc in Mus. Atest. Furlanetto, *lap. pat.* p. 514.

5631. HAMMONI ‖ I · O · M ET · LAR ‖ MIL · [1]) CETRSQ (sic) ‖ DIS ‖ M · CAEC · RVFVS ‖ MARIANVS ‖ TR · LAT · LEG · II · P · [2]) ‖ V · S · L · M — Vetero-Budae. Mus. nat. Hung. p. 219, 5.

1) LAR*ibus* MIL*itaribus*; cf. n. 1665. 2) *Parthicae*.

5632. I · O · M · H · [1]) CONSERVATORI · ‖ IMPERII · ‖ D · N · GORDIANI · ‖ PII · FEL · INVICTI · AVG · ‖ L · TREBONIVS · FAB · ‖ SOSSIANVS · ‖ COLONIA HELIVPOLI · ‖ 7 · FRVM · LEG · IIII · FL · [2]) ‖ GORDIANAE · ‖ P · P — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. p. 284. Supra titulum Cybele turrim in capite gestans, manu dextra gubernaculum, s. cornucopiae tenet; ex utraque parte leo. Aeri incisus, *Memorie romane d'antichità e di belle arti* III, p. 117; Card. *Dipl.* n. 585. Vidi et correxi ipse.

1) H*eliopolitano*. 2) FL*aviae*.

5633. I · O · M ‖ HELIOPOLITAN [1]) ‖ Q · LICINIVS MA-‖ CRINVS 7 ‖ LEG · IIII · F · F [2]) ‖ V · S · L · M — *Deva* Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 130.

1) Deus Berytensium peculiaris; cf. 1245. 1246. Grut. 323, 1. 2) cf. titulum praecedentem; Grut. 543, 3 et quae Borghesius exposuit in Inscr. Rhenanis p. 18 (Ann. Inst. Arch. 1839).

5633a. *ex sententia* C · VOLCACI C · F HAR · [1]) DE · STIPE IOVI IVRARIO [2]) *factum* [3]) *m*ONIMENTOM — Romae in insula Transtiberina sub ecclesia S. Iohannis Calibitae in pavimento operis Signini. Ed. P. E. Visconti cum in Ephem. Rom. (*Gazzetta di Roma*) 1854, tum in tabula lithographica actis acad. Romanae inserenda; dedit praeterea Canina.

1) HAR*uspex*. 2) Litterae IVRARIO — fortasse ὁρκίῳ — etsi non satis certae sunt, tamen hoc constat IVBARIO non recte in titulo legi. 3) Supplementa sunt Viscontii aptata ad spatium tituli, quod sub muro novicio adhuc latet.

5634. IOVI · IVVENTVTI · ‖ SACRVM ‖ CN · DOMITIVS · AFRI · LIBERT · [1]) ‖ INGENVVS · ACCENSVS — Sutrii. Exscr. de Rossi.

1) Cf. ad n. 773.

5635. IOVI · IVVENTVTI [1]) ‖ AN · CAMVRENVS ‖ MARTIAL · CVR ‖ C · V · S · A · R · E · M [2]) — In oppido S. Severini, in aedd. publicis. Colucci, Antich. Pic. IV, 53; Servanzi-Collio, *chiesa sotteranea di S. Lorenzo* cett. p. 47.

1) cf. Or. ad 1249, et Mar. Att. p. 696. 2) . . . V . . AREM . . . . , Serv. — De his litteris iudicium aliis relinquo.

5636. DRVSO CAESAR*e* · C · NORB ‖ COS [1]) ‖ IOVI LIBER ‖ CN · BETVTIVS PRIMVS ‖ Q · TITINIVS FELIX ‖ L · MAMIVS SECVNDI (sic) ‖ L CLODIVS SALVILLVS ‖ M BAEBIANVS IVCVN ‖ T STATIVS PHILOMVSV*s* ‖ MAG ‖ D S P — Capuae. Gud. 11, 4; corr. Mommsen, I. N. 3568, qui exscr. quod superest.

1) a. 15 p. C.

5637. IOVI ‖ MAIO ‖ SACRVM — Frascati in V. Belvedere. Garrucci, *piombi antichi raccolti dal Card. Altieri*, p. 45.

5638. I · O · M · OBSEQVE*nti* ‖ M · VARENVS ‖ POLYBIVS · PRO · SE ‖ ET · SVIS · POS ‖ V · S · L · M ‖ M · CORNELIO · CETHEGO · C · ERVCIO · CLARO ‖ COS [1]) — Foro Livii. V. Rocchi.

1) a. 170.

5639. IOVI · OBSEQVENTI || Q · GAENIVS · · · · · · · · · · || SEX · VIR · AVG · || V · S · L · M — Ibd. v. idem.

5640. *Iuppiter praesentissimus*: „Franciscus Daniele a. 1788 scripsit ad Arditium (v. huius epifania degli dei, Nap. 1819, 4, p. 5) nuper emisse se basem, in qua mentio fieret Iovis *praesentissimi*; qui titulus, nisi Daniele de n. 3581 cogitans memoriae errore pro excellentissimo praesentissimum dedit, quo pervenerit ignoratur." Mommsen, I. N. index VII, p. 465.

5641. IOVI || PLVVIA*li* — Pompeiis in Mus. Borb. illatus. Mommsen, I. N. 2254. Titulum falsum *Iovi pluvio* dicatum cf. op. cit. n. 194*.

5642. IOVI · POENINO || L PACCIVS L · F · PAL || NONIANVS || FVNDIS || 7 · LEG · VI · VICTRICIS · P · F || EX · VOTO — In monte maiore D. Bernhardi. Cardinali, *Dipl.* n. 161; cf. Or. 228 sqq.

5643. IOVI POICNII[1] || EXVPERANTISS || L MVNATIVS NIG || QVINTVS VALERIV || · · · VIGNVS SEVERIN || C · AVCIDIVS TERTVL || COS VS — Treiae. Ex Mss. Lombardi, Mommsen, I. N. 1069.

1) corr. DOLICHEN, M.

5644. I · O · M · STATORI || FL · VETVLENVS · 7 || LEG · III · ITAL REVER||SVS AB EXPED||IT · BVRICA[1] || EX VOTO POSVIT — *Abbach*, nunc in Antiquario Monacensi. Grut. 23, 5; corr. Hefner, *R. Denkmäler Oberbaierns* n. I, tab. I, 1 (*Oberb. Archiv* VI), ubi v. ceteros.

1) De *Buris* s. Buriis cf. Tac. Germ. 43; Dion. 68, 8; 71, 18; 72, 2. Romanorum contra Marcomannos socii, Capitol. M. Aur. Phil. 22.

5645. I · O · M · SERAPI || CAELESTI · FOR||TVN · ET · GENIO || LOCI · P · LICINI||VS · PAL · TR ·[1] Ↄ || LEG · IIII · M ·[2] P || PRO · SE · SVIS||Q · V · L · L · C[3] — *Marienhaussen in ducatu Nassoviensi. Nass. Annall.* II, 2; Steiner, I. Rh. 252; I. Dan. et Rh. 702, ubi v. cett.

1) Cognomen hic latere patet; male St. PAL*atina* TR*ibu*. 2) *Macedonicae*. 3) *Voti Laetus Lubens Compos*, St. fortasse recte, si titulus bene lectus est.

5646. IOVI · STRIGANO[1] || L · VARENIVS · RVFVS || TR[2] — Miseni. Mommsen, I. N. 2662.

1) M. confert n. 6898 (I. N. 2735), quo litteris STRIG officium quoddam navale indicari videtur. 2) TR*ierarchus*.

5647. ɷ SANCTO ɷ || IOVI · TERRITORI || · SACRVM · — Tibure in ara marmorea. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 104; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 94.

5648. IOV · TER ·[1] M · || VAL · ANT[2] || AN · TI · CO · || V · L · S — Herma marmoreus, rep. inter villas *Casamurata* et *S. Zaccaria* agri Ravennatis. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 182; aeri incisum dedit Gerhardus, Ann. Inst. Arch. 1847, tab. S, p. 328 sqq.

1) IOV*i* TER*minali*, cui Herma dedicatus est. Imago enim iuvenilis signis utriusque sexus ornata Iovem ipsum indicare nequit. Forma autem monumenti datam

interpretationem confirmat, atque impedit, quo minus titulo praecedenti usus *Iovi territori* hoc quoque monumentum tribuas. 2) *M. Valerius Antico*, Borgh, l. l.

5649. *i*OVI ‖ *t*ONANTI — *Montesarchio*. Mommsen, I. N. 1852, qui vidit; plenius ed. de Vita I, 4.

5650. • IOVI • TVTORI • ‖ Q · VETVRIVS SECVNDVS ‖ A · LIBIVS ‖ HILARIANVS ‖ QVAGLATOR[1]) ET CVRATOR ‖ DONV DAEDER ‖ CVLTORIBVS — Ostiis. Fea, viaggio p. 14. Vidi ipse Romae inter lapides Aemiliani Sartii c. m. v.

1) *coagulator* ? cf. Italorum *quagliare*, F.

5651. I · O · M ‖ VXELLIM[1]) ‖ SER · NDIVS[2]) ‖ VERPINVS · DEC · CEL · PI[3]) ‖ POMP ‖ VRSVLAE · IV[4]) ‖ CVM VRSO · E[5]) ‖ V S L — In vico *S. Christoph* in Tauriscis. *Alterth. d. Oestr. Mon.* n. 306 (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.). Litterae punctis signatae minus certe leguntur.

1) VIXELLIN*o* = VISCELLIN*o*, a Viscellis Noricorum. 2) fortasse SERVIDIVS. 3) DEC*urio* CEL*eiae*. 4) *e*IV*s*. 5) *Filio*.

5652. DIRECTA ‖ IOVI ‖ XENIO Q 8 — Boviani. Mommsen, I. N. 4983, qui inspecto archetypo titulum genuinum esse iudicavit.

5653. IOVI · OPTIMO · MAXIMO · ET ‖ CAETERIS · DIS · DEABVSQ ‖ IMMORTALIBVS ‖ PRO · SALVTE · IMPERATOR ‖ L · SEPTIMI · SEVERI · ET ‖ M · AVRELI · ANT · · · · — *Gaulas* (*Isère*). *Mém. des Antiquaires de France* XIII, p. 147.

5654. D O M[1]) ‖ CAETERISQVE DIIS ‖ DEABVSQVE ‖ IMMOR‖TALIBVS ‖ T · IVL · GAIANVS D*e*C C*ol* ‖ SARMIZ · PRO · SAL · SVA ‖ SVORVMQVE ‖ OMNIVM POSVIT — Apuli Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 179.

1) scr. I O M.

5655. I · O · M ‖ ET · IVNON ‖ REGINAE ‖ L · SECVND‖INIVS · FAVORALIS ‖ IIIIIIVIR · AVG ‖ C · M ·[1]) IN · SVO · P — Rep. Castelli, nunc in Mus. Mogontiacensi. Steiner, I. Rh. 350; I. Dan. et Rh. I, 265. Plurima monumenta iisdem diis dicata prope Mogontiacum et Castellum effossa sunt, quae videsis apud Steinerum, opp. citt.

1) *Civitatis Mattiacorum.*

5656. PRO · SALVTE ‖ P · BETVLENI ‖ APRI · LIBERIS‖QVE · EIVS · IOVI ‖ O · M · LIBERO · LIB[1]) ‖ NICEFORVS ACI[2]) ‖ V · S — *Cagnani*, 8 m. p. ab *Aquila*. Mommsen, I. N. 5760; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 156.

1) LIB*erae*. 2) AC*tor*.

5657. I O M ‖ ET SAXSANO ‖ L IVIIVS CIASSI ‖ · · VS · · LEG XVI ‖ H VEXILLARI[1]) — *Brühl* prope Coloniam. *Rhein. Iahrbb.* X, p. 107, n. 149.

1) I. *et Saxsano* (sc. Herculi) *L. Iulius Classicus miles* (vel >) *leg. XVI et vexillarii*; Urlichs, l. l.

5658. IOVI ‖ SOLI ‖ SERAPI ‖ *ΔII* ‖ *HΛIΩI CEPAΠIΔI* ‖ C · OPPIVS ‖ IRENION ‖ V · S ‖ L · M — Auximi. Colucci, Antich. Picen. V, p. 61. Ipse exscripsi.

§. 2. IVNO. FERONIA. IVNONES.

N. 1289 suspicione non caret; cf. n. 1253.

N. 1293 susp.; cf. Bull. Inst. 1853, p. 173.

N. 1298, susp., ut sola Boissardi auctoritate firmatus.

N. 1301, susp. Ita Venus placida n. 1372, Hercules placidus n. 1536, quamquam sincerus Veneris placidae titulus exstat apud Grut. 59, 9.

N. 1305, pro spurio habeo, licet Mommsenius, I. N. 1311, de Vitae auctoritate motus, eum inter falsos reiicere non ausus sit; cf. 1272, 1273, 1311.

N. 1306, interpr. POP*ulonae*; cf. 5660, 5661.

N. 1308, v. 2. MECILIAE *Mem. romane.*; merito tamen Mommsenio suspectus (Bull. Inst. 1853, p. 173 n. et Mus. Rhen. X, p. 456 n.) Not. 1. expl. MATRI. REGINAE; cf. n. 5659, a.

N. 1311, ut 1305.

N. 1312, spurius. Mommsen, I. N. 905.*

N. 1314, v. 2. BARBIA; Furlanetto *lapide patavine*, n. 29, repertum eum esse affirmat *Villanovae* territorii Cittanovensis Istriae, exstat in Museo Veronensi, Maff. M. V. p. 80, 2.

N. 1319, nisi fictus a Boissardo, certe interpolatus, id quod *dii manes* una cum *Iunone* commemorati et *verna* ille cum ipso nomine AEMYLIA mihi quidem probant.

N. 1325, licet Gudius e Ligorio habeat, Muratorio tamen missus esse videtur a viro, qui archetypum inspexit.

N. 1328: Iulia Augusti filia nunquam Augusta dicta est, quare ad Liviam titulum spectare constat. Cf. Mommsen, I. N. 2340, qui ipse non vidit; lectio tamen certa est. [Tyche serva videtur appellari ipsa VENER*ia*, ut *issa* similesque blanditiae aliquoties reperiuntur nomini additae Mommsen.]

5659. · · *num*MIVS · HOR · V · · · · Ƕ · · · · M · PROVINCIAE · · *praef* ‖ *al* · · *d*ACORVM · PRAEF · · · · ‖ · · · IR · TRIB · LEG · I̅ · ITAL · *do*‖*natus* DONIS · MILITARIBV*s* · *ab* ‖ IMP · TRAIANO · AVG · G*erm* · · · · ‖ PONTIF · SACR · 1) IVN · CV*ritis* ‖ CELLAM · CALDARI · · · ‖ *c* · NVMMIVS · C · F · H*or* · · PATRONVS · REIP · M · · · · · ‖ EX · S · C · AD · · · · · · — Faleriis in Mus. Vat. illatus. Card. *Memorie Romane* III, p. 74; Kellerm. Vig. 253.

1) SACR*arius*; cf. 1304.

5659a. Q · CAECILIVS · CN · A · Q · ‖ FLAMINI · LEIBERTVS · 1) ‖ IVNONE · SEISPITEI ‖ MATRI · REGINAE 2) — Lanuvii, litteris praegrandibus in fastigio aediculae, ut narravit mihi Canina v. c. — Exemplum ex eo confictum asservatur in Museo publico Basileensi, ex quo ed. Mommsen, Bull. Inst. 1853, p. 170 et Mus. Rhen. N. F. X, p. 450.

1) I. e. libertus Cn. et A. Caeciliorum et Q. Flamini. 2) Hinc explica notas I. S. M. R.

5660. NONIAE · PRISCA*e* ‖ SACERD · IVNON · POPVLON ‖ L · NONII · DIOPHANTI · IIV*ir* ‖ Q̅Q̅ · PONT · EQVITI · ROM ‖ FILIAE ‖ LL · NONI · PASSENIV*s* ‖ CLEOBVLVS · FILARG*yr*‖VS ·

FELIX FRATRES | ET · AVREL · TRIPHERINA · MAt || L · D · D D — Teani Sidicini. V. Mommsen. I. N. 3965; cf. Bull. Nap. IV, n. LXI, p. 65, et Unterital. Dial. p. 144.

5661. FLAVIAE · COELIAE | ANNIAE · ARGIVAE || SACERD · IVNONIS | POPVLONAE (sic) | L · FL · COELI · PRISCI || II·VIR · PONT || FILIAE TEANENSIS ALVMN | · N · · VEIVS PATRIS | TESTI || L · D · D · D — ibd. I. N. 3964 et II. II.

5662. HERAE · LACINIAE [1]) SACRVM | PRO SALVTE MAR-|CIANAE · SORORIS AVG OECIVS | LIB · PROC — Crotone. Capialbi, *ara consecrata alla Giunone Lacinia*, *Napoli* 1846; Mommsen, I. N. 72.

1) Zell, *Handbuch* I, n. 40, ex *Ztschr. f. A. W.* 1845, II. Suppl. p. 104, minus recte LVCINAE.

5663. I · O · S · P · D [1]) || ET · IVNONI SANCTAE || HERAE · CASTORIB || ET · APOLLINI · CONSERVATIIORIBVS · THYRSVS || PRO SALVTE · PATRONI · SVI || ET · SVI · · [2]) SVORVMQVE || IVSSV · NVMINIS · EORVM || ARAM · D · D · || SALVIS · CANDI-DATIS || HVIVS · LOCI · [3]) || PER G · FABIVM · GERMINIOE [4]) — a dextra: DED VI IDVS || SEPT || PEREGRINO · ET || AEMILIANO || COS [5]) — Rep. Romae extra portam Latinam. Fea, *Fasti* p. LXXXVIII, 10.

1) *Iovi Optimo Sancto Patri Deum* ? cf. n. 5640. 2) l. SV*a*. 3) sc. ad impediendum, quominus nominibus candidatorum inscriptis monumentum violetur, omnibus eius loci candidatis salutem Thyrsus dat; cf. quae de ea re exposui in Eph. arch. Gerhardi 1846, p. 242 et 295. V. etiam n. 4820. 4) l. PER . G . FABIVM GER-M*a*NIC*um*, sacerdotem, ut videtur; cf. 1283. 5) a. 997 = 244.

§. 3. NEPTVNVS.

N. 1330: non video, cur Or. pro spurio hunc titulum habeat, quem Donius quoque (cl. I, 107) a Castellio accepit.

N. 1333: ALIQVANDVS; vidi ego quoque Aquis.

N. 1335, v. 2. AQVATILIB; v. 4, 5. INCOLVMIT . V . S . L . M || C . QVART. cet. Aldini, Marmi comensi n. 5.

N. 1336, v. 2. ABVDIVS; v. 3. SVB . PRAEFECT . CLASSIS . RAVENN; Istria III, p. 293.

N. 1337, v. 2. PROPITIAI ?

N. 1338: Gough, *Additions to Camden* I, tab. XV, 1 aeri incisum exhibet, unde titulum nexibus pluribus impeditum medio etiam v. 5. lacunam offerre apparet. In eo enim legitur LEG . . . AVG, ita ut legatus Augusti minime ibi indicatus sit, sed *legio II. Augusta*, quam in Britannia castra habuisse omnes scimus. Pro R autem T legendum explicandumque esse TR*ibuni* non sine probabilitate coniicere mihi videor. Neque intelligo equidem, quomodo de *Rege legato Augusti* etiam Boeckingius nuper cogitare potuerit (Not. Occ. p. 499*); Cogidumno enim, si ei honor Romanus tributus est (id quod verbis Taciti, Agr. 14., minime probatur), praefecti titulum datum esse puto, ut regis Donni filio Iulio Cottio (Or. 626). De regibus autem peregrinis legatorum nomine provinciis praepositis nihil traditum est. Praeterea indicem legatorum Britanniae Tacitus l. l. nobis exhibet, neque, qui accurate ipsam inscriptionem perlegerit, ad primum saeculum aerae nostrae monumentum pertinere concedet, quo *domus divinae* mentio fit. v. 6, FABROR . E QVI, i. e. E QVI; v. 7. . . . . S . D . S . D.

5664. NEPTVNO || AVG || L · FL · ANICIVS · PRIVATVS || SA||CERDOS · NEPTVNI AED · [1]) II · VIR || ET · IIVIR · QQ · || AE-

DICVL · CVM ‖ OMNIB · ORNAMENT · EIVS · P · S · P · D[2]) — Calamae. Clarac, *Musée*, Inscr. pl. LXXIII, n. 20; *Exploration de l'Algérie*, *archéol.* pl. 179, 1.

1) AEDilis, non *aedituus*, ut vult Cl. 2) *Pecunia Sua Posuit Dedicavit*; *Explor.* P . S . P . P, fortasse melius: *Pecunia Sua Permissu Proconsulis.*

5665. NEPTVNO ‖ AVG ‖ ONICANIVS ‖ ONICANII[1]) MA-‖XIMI PAP ‖ HONORATVS ‖ AEDILIS *ii*VIR ‖ STATVAM OB HO-‖NOREM IIVIR ‖ PROMISSAM ‖ HS VII AMPLI‖VS AD P*ri*‖MAM SV*m*‖MAM HS XXXX P ‖ DEDIC — Ex altera parte titulus legitur Valentiniano Augusto dicatus. Ibd. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 5. 6.

1) fortasse Q . NICANIVS . Q . NICANII . MAXIMI . F.

5666. NEPTVNO ‖ C · IVLIVS ‖ GEMINVS ‖ CAPELLANVS ‖ LEG · AVG · R · R[1]) — Rep. Vetero-Budae, nunc in Mus. Nationali Hungarico. Acta litt. Mus. eiusdem p. 216, 1.

1) Borghesi, in censura operis Labusii *ara scoperta in Hainburgo* (Giorn. Arcad. VII, p. 376—398; VIII, p. 53—66), hunc Capellianum eundem esse suspicatus est cum eo, qui in Africa Gordianos patrem et filium coëgit, ut mortem sibi consciscerent. Quem quo minus procuratorem credas (cf. Tac. Hist. I, 11; Capitol. Max. 19; Gord. 15.), Herodiani impedit auctoritas, quippe qui senatorem eum fuisse et Numidiam rexisse narrat (VII, 9); Numidiae autem legatus cum legione praeerat. At summi viri sententiae hoc obstare videtur, quod legatus Numidiae praetorius erat, consularis autem qui hoc titulo commemoratur, legatus Pannoniae; neque enim probabile est, Capellianum a Gordiano Aug., posteaquam avo et patri causa mortis fuit, in vivis relictum esse.

5667. AKOLL[1]) · · · · ‖ QVOD Q NICIV*s* ‖ Q · NICI PVDENTIS *f* ‖ PAP · ANNIANVS · DEC ‖ *sa*C · NEPTVNI CODI‖*ci*LLIS · SVIS · STATVAM ‖ *ne*PTVNI IN FORO NO‖VO EX · HS · V̄ · N · PONI · IVSSISSE‖T O[2]) HERED · NICII · RESTITVTVS HONORAT[3]) MAXIM ‖ SORORIS EIVS FIL · E · C NICIVS ‖ AGRIPPIN · FRATER · EIVS EX HS ‖ V̄ĐC · XL POSVERVNT · I‖DEMQ · DED — Calamae, nunc in Museo Parisiensi. *Exploration de l'Algérie*, *archéol.* pl. 183, 7; minus bene Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXX, n. 73.

1) Apollinis mentioni hic locus vix esse videtur. 2) Ita in utroque exemplo; fortasse signum interpunctionis est. 3) Minus recte Clarac ET pro H.

§. 4. MARS. BELLONA.

N. 1345, spurius; cf. Mommsen, I. N. 791*.

N. 1346, v. 2. ACHILLES . AVG . LIB ‖ PROC; v. ult. D . D . L . D . D . D. Op. cit. 4539. Mommsenio genuinus est, neque de Tauleri fide iudicium eius cum opinione Orellii conspirat; cf. l. l. p. 238.

N. 1348 spurius ob nomen Mavortii.

N. 1349, spurius; cf. Mommsen, I. N. 814*, ut Ligorianus; Gud. Ms. 1568, 5.

N. 1350, spurius; ex schedis Barberinis desumptus simul cum alia inscriptione effossus esse dicitur, in qua REMVREINE lectum esse tradunt! cf. Fabr. 697, 196.

N. 1357, v. 6. PRAEF COH ‖ Ī . AQVITANO*r*; Horsley tab. XXXII; *Philosophical Transactions* XIX, p. 661, n. 231.

5668. DEO · MARTI · ARM[1]) ‖ IVLIVS · EMERI‖TVS · MIL · LEG · VIII ‖ AVG · SEVERIANAE ‖ · · · · · · · · · ·[2]) ‖ EXACTVS ·

COS 3) ‖ DEDICATA ‖ XIII · K · MAIAS ‖ MAXIMO · ET ‖ AELIANO · COS 4) ‖ V · S · L · L · M — Mogontiaci. Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* I, 1, p. 60, 5; Steiner, I. Rh. 385; I. Dan. et Rh. I, n. 386.

1) ARM*igero* St., qui fallitur Muratorianum exemplum laudans; ARM*igero* vel ARM*ato* Kl. Equidem de nomine quodam topico cogitandum esse puto. 2) Nomen ALEXANDRIANAE de consilio deletum. 3) cf. 3131. 4) cos. a. 223.

5669. *ma*RTI · CYPRIO 1) ‖ C *ia*VOLENVS · APVLVS · SIGNVM ‖ MARMOREVM · EX · VOTO · POSVIT · ET ‖ AEDEM · VETVSTATE CON*lapsam* ‖ REFECIT · ADIECTO · PRONAO · ET · CO*lumnis* — Rep. prope Iguvium cum statua Martis, in cuius basi legebatur: L · IAVOLENVS · APVLVS ‖ VOTVM · SOLVIT · L · M · Amaduzzi, *Nov. Fior.* 1781, p. 789. Sunt iam apud Or. 4950. 4951.

1) cf. Varro, L. L. V, 159; Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 350.

5670. MARTI ‖ GRADIVO ‖ D · D ‖ L · PLVTIVS · PIVS ‖ AEDILIS · MONITOR ‖ AVGVR · 1) PRAEF · SACROR 2) — Romae, in Mus. Vat., rep. ad *Montem Portium* agri Tusculani. Doni I, 44; Fabr. 697, 188 cett.; cf. Borghesi, Giorn. Arc. I, 1819.

1) Officium sola hac inscriptione notum; Borgh. l. l. 2) Cf. nn. 5985 sqq.

5671. MARTI ‖ INVICTO — Telesiae. Mommsen, I. N. 4836.

5672. MARTI MILITARI ‖ COH I BAETASII‖ORVM C*ui* ‖ PRAEES*t* · · · ‖ VS TVTOR *prae*‖FECTVS ‖ V · S · L · L · M — Ellenborough Cumbriae. Horsley, Britannia Romana, tab. LXVI.

5673. · · · · · · · · · ‖ TRIB · COHOR · I ‖ CARTOV · · · · 1) ‖ MARTI · VICTORI ‖ GENIO LOCI ‖ ET BONO EVENTVI — Binchester, Durham. Idem p. 296.

1) Si qua fides exscriptori est, CARTOV*iorum*, qui ignotus mihi quidem populus est.

5674. M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS · MILITARE · DE · ΓRAIDAD · MAVRTE · DEDET — Tusculi. *Saggiatore* I, p. 32; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 166, not. 1; hic ex ectypo chartaceo editus.

5675. DEAE BEL‖LONAE · RVFI‖NVS · PRAEF ‖ EQ · ALAE · AVG ‖ ET LAINIA‖NVS · FIL — *Old Carlisle.* Smith, *Journal of British archaeol. Assoc.* III, p. 43.

§. 5. VENVS. LIBITINA. ADONIS.

N. 1361 recte ad Bovianum refertur; Mommsen, I. N. 4985.

N. 1362, confictus ob cognomen monasterii; l. l. n. 793*.

N. 1363 a Borghesio, *Decad. num.* IX, 3, p. 9, pro genuino habetur; ad quam sententiam proferendam errore vir summus inductus est, quo in via Portuensi monumentum effossum esse credidit. Inventum autem esse dicitur prope *Monteverde* Apuliae, quem locum pro eiusdem nominis loco prope Romam sito habuisse videtur. Ceterum Pratillius et finxit titulum et cum Vulpio, qui primus eum edidit, communicavit; cf. l. l. 198*.

N. 1368, v. 8. ZOTHECIS; v. 5. ✕ N II (?); v. 6. ✕ I. v. 7. IIII . K; NATALI v. ult. MAIIS; Visconti, *Mon. Gab.* p. 121.

N. 1373, v. 4. in. *p*VLCHRI; IXVPERABILE; v. 6. SATRIX. Baiis vel Cumis rep. v. in Museo Borb. Mommsenius, l. l. 2601.

N. 1376, GENETRICI recte Or.
N. 1377, sp. Mommsen, I. N. 112*.
N. 1379, v. 3. extr. cognomen Ulpii deest.

5676. VENE‖RI ET TV‖TELE VO‖TVM — In annulo aureo rep. in oppido *Courvières* prope Lugdunum. Labus, *Marmi Bresc.* p. 6.

5677. VENERI · *e*R*y*CINAE ‖ SACR ‖ OPPIA · N · LIBERTA ‖ RESTITVTA · D · D ‖ FAVSTINO · E*t* · RV*f*INO ‖ *cos*[1]) — Potentiae. Mommsen, I. N. 374.

1) a. 210.

5678. VENERI ‖ VICTRICI · ‖ IN MEMORIAM ‖ ALBVCIAE · C · F ‖ PONTIAE ‖ VXORIS · ‖ M · MARIVS PAV‖LVS · L · D · D · D — Salonae, nunc in Mus. Spalatano. Lanza, *lapidi Salon.* n. VI.

5679. VENERI VICTRICI ‖ HYBLENSI ‖ C PVBLIC · DONATVS ‖ D · D — *Paternò* Siciliae. *Nov. lett. Fior.* 1787, p. 260. Litterae initiales ceteris maiores aliquam de sinceritate tituli suspicionem excitare possunt, licet ipsa verba nihil suspecti contineant.

5680. VENERI ‖ VICTRICI ‖ PARTICAE ‖ AVG · SAC ‖ IN · MEMORIAM ‖ ANTONIAE ‖ DEC · F · PAVLAE ‖ DEC · ANTONIVS ‖ PROCVLVS · DECVR ‖ SALON · ET · COPONIA ‖ PARENTES ‖ L · D · D · D — *Danili* prope Iaderam. *Dalmazia* 1847, III, 1.

5681. CALVAE DEAE[1]) ‖ AEDEM OMNI SVA IMPENSA ‖ DONAVIT ‖ M VICTORIVS POLLENTIN ET OB ‖ PERPETVAM TVTELAM EIVSD · AEDIS ‖ DEDIT IIS N C ‖ DEDICATVM III NON OCT ‖ GLABRIONE ET TORQVATO COS[2]) ‖ V S L M — *Pelm* prope *Gerolstein* in Eiflia. Lersch, C. M. III, 9.

1) De Venere Calva editor cogitat, de qua Lactant. I, 20 et Serv. ad Aen. I, 720; cf. Hartung, *Rel. d. Römer* II, p. 251. 2) a. 124.

5682. METHE · COMINIAES · ATELLANA · AMAT · CHRESTVM CORDE *si*T VTREISQVE VENVS · POMPEIANA · PROPITIA SEM*p*E*r* C*o*NCORDES VIVANT — Pompeiis, in pariete domus privatae. Mommsen, *Rhein. Mus.* N. F. Jahrg. V, p. 460.

5683. A · CALVIVS · Q · L ‖ VESTIAR AB LVCO ‖ LVBITINA*e* ‖ Q · VALERI · D · L — Romae, ad portam aedis prope sepulcrum Bibuli. Exscr. mihi I. Friedlaender; ipse vidi.

§. 6. VOLCANVS. STATA MATER. VESTA.

N. 1380, spurius ex Moutfauconio, qui eum ex Boissardi Ms. habuit; Mommsen, I. N. 146*.

N. 1382, v. 1. 2. apud Labusium, *M. Bresc.* n. 55, litterae initiales desunt; v. 3. LVCII . VETTI ; v. 4. CHRYSANTVS . FRAT . . ; v. 6. SECVNDI . . . ; v. 7. FIL.

N. 1385, genuinus; v. 3. THIASVS; v. 4. BERVLLVS; v. 5. ANNI . $\overline{V}$; versus quoque aliter divisi sunt. Mommsen, I. N. 6776.

N. 1386, v. 5. LAELIO; Kellermann apud Or. Anall. epigr. p. 37. Vidi ipse in Mus. Vat.

N. 1391 : cum Mur. 147, 6 Coluccius quoque. *Antich. Ascolane* p. 108 magis conspirat.

5684. M · LOLLIVS ‖ EPINÍCVS ‖ AED · VOVIT ‖ IIVIR ‖ DEC · DEC ‖ STATAE MATR*i* ‖ DE SVA · PECVN ‖ POSVIT ‖ SACRVM — *Kato-Achaia. Revue Archéol.* I, 5, p. 281; Oleni. Lebas, *Inscriptions grecques et latines* cett. I, n. 363.

5685. STATAE · MATRI SAC ‖ Q · PETRONIVS · Q · L · PANTHEVS ‖ MAG · VICI · ANNI · · · · ‖ GERMANICO · CAESARE ‖ C · VISELLIO · VARRONE COS[1]) — In Marsis(?). *Memorie romane* III, p. 44.

1) a. 12.

5686.	AVGVSTAE	AVG*usto*
	DEAE	D*eo*
	VESTAE	VOL*cano*

Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 12, p. 15.

5687. VESTAE · SACRV*m* ‖ P · TITIVS · L · F ‖ P · CVRTIVS · P · F · SALAS ‖ IIII · VIR · DE · MVNERE ‖ GLADIATORIO[1]) ‖ EX · S · C — Canusii. Mommsen, I. N. 637; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 104.

1) cf. *ex ludis*, de qua formula Mommsenius Bull. Inst. 1846, p. 182.

5688. SEVERA · NIGRI · F ‖ VOLCANO · ET · VENTI[1]) ‖ V · S · L · M — Nemausi. Pelet, *Inscr. ant. que renferme le cavaedium de la porte d'Auguste*, n. 10; corr. Bursian, qui vidit.

1) Num VENTI*s*? Pelet legit VENE. In lapide Vulcanus conspicitur et mulier genibus nixa.

5689. IGNIBVS ‖ AETERNIS IVL ‖ PLACIDIANVS ‖ V · C · PRAEF · PRAE‖TORI ‖ EX VOTO POSVIT — *Vif* in Vocontiis. *Mémoires présentés à l'Acad. des belles lettres* II, p. 460.

§. 7. MERCVRIVS.

N. 1397, sine dubio spurius.

N. 1402, v. 1. pro MERCVR scribendum esse MITHR Mommsenius suspicatus est; id quod eo probabilius est, quia litterae tantum dimidiatae conservatae sunt. Accedit, quod in titulo quodam Graeco et ipso Venusiae reperto haec leguntur: Ἡλίῳ Μίϑρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας Βριττίου Πραίσεντος Σάγαρις οἰκονόμος. — V. ult. ACT*or* E*ius*. I. N. 700.

N. 1403, v. 1. prima littera nunc deest; v. 2. FRI; v. 3. TVLLIIS . . . ‖ . . TE . . ADREGIAE ‖ . . . . O . . I . . M . . . . ; v. Philippi.

N. 1404, v. 8. COIVGE . ET . GEMELLIS; v. 9. dele ET; Labus, *via del Sempione*, tab. I, 1. et p. 9.

N. 1409, init. deest DEO, *Ann. d. V. f. Nassauische Alterth.* I, 16.

N. 1411, 1412, 1413 spurii; cf. Mommsen, I. N. 207*; 479*; 20*. Kellermannus, qui auctoritate motus, qua Lupulus tum habebatur, n. 1411 defendere conatus est, vigiles eorumque praefectum ad alios quosdam milites ad simile munus institutos retulit.

N. 1414, MERCVRIO . RED Grut. 55, 2 male RED*uci* interpretantur, quum sit RED*didit*, sc. *votum*; Labus, *Marmi Bresciani* p. 68, quamquam dubitans, quaenam vera explicatio sit.

N. 1415, recte ROSMERTAE.

N. 1416, nunc Noviomagi in aedd. publ. *Rhein. Jahrbb.* VII, p. 42.

5690. DEO · MERCVRIO · CAM||BO · 1) IVSTI · V · S · L · L · M — *Impflingen*, nunc *Manhemii*. Steiner, I. Rh. 181; I. Dan. et Rh. I, 771.

1) Male pro cognomine dei habetur, quamquam ne Hefneri quidem sententia (*R. Baiern* p. 10) laudari potest, qua Iustium nummularium fuisse et hoc officium voce CAMBO indicari proponitur. Mihi nomen barbaricum est hominis, qui votum solvit, servi Iusti illius.

5691. DEO MAGNO MERCVRIO || ADORAVIT · · E · · XIIIVS · · · || LEG II TRAIANE FORT · · · · || NONIS FEBR ANNO XI IMP TRAIANI || SCRIPSIT · · · · Ad *Dakke*, olim Pselcidem, Nubiae, in propylaeo templi. Vidua, Inscr. ant. tab. XIX, 1.

5692. *i*N · H · D · D || DEO · ME||RCVRIO || FELICI||O 1) SECCI || V · S · L · M — *Oppenheim*, nunc Mogontiaci. Rhein. Jahrbb. III, p. 88, n. 71.

1) *Deum Mercurium Felicem* hic memorari credidit Kleinius, quare sequentem litteram O in Q corrigendam esse proposuit; sed FELICIO nomen est dedicantis, qui SECCI servus erat.

5693. MERC · AVG · SACRVM || GERMANISSA · VISCARI · V · S · L · M — *Bernay* Galliae. Cardinali, *Dipl. mil.* 362.

5694. INSTINCTV MERCVRII POTENTIS THYSDRITANAE COL PRAESIDIS ET CONSERVATORIS NVMINIS dedi n. 5326.

5695. MERCVRIVM · DOMEs||TICVM · C · IVLIVS · SATTO — Castelli, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 341; I. Dan. et Rh. I, 258.

5696. DEAE · MAIIAE || AEDEM · A · SOLO · FE||CIT · C · ARRIVS · PA||TRVITVS · BF · COS || V · S · L · L · M — Germersheim. Opp. citt. 180 et I, 751, ubi v. ceteros.

5697. MERCVRIO · ET || MAIAE · Q · SEIVS || POSTVMVS || V · S · L · L · M — *Rossberg* in Palatinatu. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 803.

§. 8. MINERVA.

N. 1422: De cognominibus virorum mulieribus inditis deque cognominibus nonnumquam praenominum loco positis cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 28.

N. 1429, in fine Ms. Pighianum Berolinense addit: V . F . L . M .

N. 1430, extr. lege PRAESENTE ET EXTRICATO . C, cos. a. 217; not. 1. explica: *centurio . strator . C . I*(ulii) . . . *Egnatiani*. Steiner, I. Rh. 483; I. Dan. et Rh. I, 299.

N. 1431 idem qui 1969.

5698. MINERVAE || T · FLAVIVS · NARCISSV*s* || IMP · CAESARE · · · · · · · 1) || XVI || Q · VOLVSIO SATVRNIN*o* 2) COS — Ara rep. in Via Ardeatina ad D. Caesarei. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 2.

1) *Domitiano*. 2) a. p. Chr. n. 92.

5699. *min*ERVAE · MATVSIAE · 1) || *mem*MIVS · CAECILIANVS || *plac*IDVS · COS · 2) AVG*ur* || V · S — Nebbiani prope Fabrianum. Bull. Inst. Arch. a. 1850. p. 140.

1) Cognomen a nomine gentis cuiusdam desumptum. 2) Cos. ignotus, distinguendus a cos. anni 343; Borghesi, l. l. p. 142.

§. 9. APOLLO.

N. 1436, v. ult. LVNESIS. Exstat Florentiae, ubi v. Aloisius Ferrucci, ut litteris mecum communicavit C. Cavedonius.

5700. Q · MINICIVS · Q · F · RVFVS ‖ LEG · APOALINEI · KIVTIO[1]) ‖ MERITO — Delphis. Murat. 23, 9; Lebas, Inscr. Gr. et Lat. I, 891.

1) num KLVTIO = κλυτίῳ? Clytius vatum nomen satis notum, ipsi fortasse Apollini datum. Ceterum Lebasium archetypum minime vidisse mihi quidem persuasum est; cf. *Rhein. Mus.* N. F. VIII, p. 465.

5701. APOLLINI · SILVANO · NYMPHIS · Q · LICINIVS · NEPOS · D D — In vase argenteo, rep. a. 1852 in fonte salutifero Aquarum Apollinarium. Marchi, *la stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari*, tab. III, 3 et 3a; cf. nn. 5200a; 5767.

5702. APOLLINĪ · ET · NYMPHĪS · NITRODIBVS ‖ C · METILIVS · ALCIMVS · V · S · L · A[1]) — In anaglypho Apollinem et Nymphas repraesentante, ex *Ischia* insula in Mus. Borb. allato. Mommsen, I. N. 3513; cf. nostrum n. 5760.

1) *Votum Solvīt Libens Animo.*

5703. MONITV APOLLINIS ‖ P METILIVS SECVNDVS ‖ LEG AVG PR PR — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 110.

§. 10. DIANA.

1) Pontifices maiores (1186; 1187; 1188), pontifices Vestae (1181; 3185; 2354 cet.), pontifices maiores Vestae (2130; 3184 cet.) appellari pontifices coepti sunt, postquam Aurelianus pontifices Dei Solis (60; 2285 cet.) vel instituit vel honoribus auxit (cf. Borghesi, l. l. et Bull. 1842, p. 140 sq., ubi, collectis omnibus pontificum maiorum sive Vestalium exemplis, nullum eorum ante finem saeculi tertii vixisse confirmavit). Neque igitur denominatione illa a *pontificibus minoribus* distinguuntur, ut Norisius (Cenot. Pis. diss. I, c. 3) et Odericus (Syll. p. 162) voluerunt, sed a pontificibus Solis. 2) Cos. anni incerti. — Nota Tineium post quaesturam urbanam statim ad praeturam provectum esse, id quod ita Borghesius (Bull. 1852, p. 56) explicat, ut tribunatum et aedilitatem eo iam tempore cessasse dicat. Idem recentissimum, quod sibi innotuerit, quaesturae urbanae exemplum hoc titulo offerri affirmat. 3) *Senatus PopulusQue Tibure.*

5955. . . . *pr*AEF · VIG · E · M · V ‖ *po*NTIF · ALBA‖*n*O · MINORI — Beneventi. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1847, p. 26, et I. N. 1435.

5956. Q · BARONIVS · Q · F ‖ L · LIBERTIVS C · F · PONT · MAX [1] ‖ IIIIVIR · I · D · Q · C · P · [2] EX · S · C · CON · IIS [3] —

Vibone. Capialbi, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 194, et *Inscr. Vibon. Specimen* n. 8; Mommsen, I. N. 23.

1) Pontificem maximum Vibonensem altero quoque fragmento habemus confirmatum: . . . Q . F . AVGVR || PONTIFEX . MAXIM || EX . S . C . STAT . CVR; Capialbi ll. ll.; I. N. 24. Hinc explica titulum Arretinum n. 2148; quamvis merito condemnentur, quos sub n. 2149 Orellius composuit. Cf. Borghesi, apud Capialbum ll. ll. 2) IIIIVIR . *Iuri* . *Dicundo* . *Quinquennalis* . *Censoria* . *Potestate*. 3) CON*stat* HS . . ., Mommsen, quamquam de lectione dubitans.

5957. L · TVRSELIO L F VEL || FVLVIO PONT AED || QVAEST IIIIVIR IVRI || DIC BIS || VOCONIAE L L PROCV || L TVRSELIVS L F VELIN || RVFINVS AVIS SVIS || BENEMERENT FECIT[1]) — In ruinis Ligurum Baebianorum. Garrucci, *antich. de' Liguri Bebiani* p. 17, et tab. III; Mommsen, I. N. 1358.

1) Titulum propterea hic proposui, quia sub eo praeter sellam curulem insignia pontificatus municipalis insculpta sunt, patera videlicet, simpulum, aspersorium, ara, quae ab insignibus pontificum Romanorum ita differunt, ut his pro patera et ara securim et apicem fuisse constet; cf. nummos antiquos, praesertim Morellii tab. 4, n. VII gentis Iuliae, tab. 2, n. VI gentis Aemiliae, et Borghesi, *Decad. num.* VII, *oss.* 7*).

5958. ANNO || IMP · CAES · NERVAE || TRAIANI · AVG || GERMANICI · IIII || Q · ARTICVLEI · PAETI II[1]) || COS || PONTIF · EX · STIPE — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* LVI, 1832; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 93.

1) a. 854 = 101.

§. 2. SACERDOTES. — CORONATI. CAPVLATI. LAVRENTES LAVINATES. CAENINENSES CET.

N. 2170 = 3866, ubi paullo accuratius; cf. Mommsen, Anall. epigr. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 214). De decreto Constantini M. iniuria condemnato v. n. 5580. — Cum *coronatis* cf. *στεφανηφόρους* civitatum Asianarum; cf. Mommsen, l. l. p. 65.

N. 2171. recte M . APVL. Colonia enim Apulensis a Septimio Severo municipii honore donata est, id quod nomine probatur *municipii Septimii Apulensis*. Quod autem ab Orellio exemplum affertur *municipii coloniae Apulensis* (Grut. 115, 6), spurium est. In fine tituli l. DAC*iarum trium*; cf. 5813.

N. 2172, v. 2 pro *filio* l. FLA*m*; v. 3 pro *viro* VIR . I . D; v. 5. 6 CIVITATVM . EQVO . PV||BLICO . CVRATORI . REIP . PLESTINOR; v. 7 IMPP .; v. 8 AVG . ET . . . .; v. 9 FILIO; v. 10 VORVM . AVG*g* . LAVRENT . SACERDOTIO I ORNATO; v. 11 ANNONAE; v. 13 FREQVENTER; v. 15 extr. ET . IPSIVS; v. 16 HONORE; v. 17 CONTVLER. Correxit Mengozzi *de' Plestini Umbri* p. XXV. Sacerdotes igitur ornati simpliciter dicti e numero sacerdotum removendi sunt.

N. 2173, femina est tribus nominibus ornata, ut recte iam vidit Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38.

N. 2176: hunc titulum sincerum quidem, sed mutilum interpolatumque esse Mommsenius demonstravit; *Rhein. Mus. N. F.* VI, p. 27.

N. 2177, v. 3. Labus, *Marm. Bresc.* p. 4 IIIIII . VIR, vix bene; nunquam enim me Augustalem videre memini equo publico ornatum; quapropter corr. IIIIVIR, ut recte legitur apud Ortium, *sui confini del territorio Veronese e Trentino*; v. n. 5113.

---

*) Idem vir doctus (l. l.) insignia sacerdotalia in nummis obvia quattuor magnis sacerdotum collegiis ita tribuit, ut simpulum pontificum, lituum augurum, tripodem quindecimvirorum s. f., pateram septemvirum epulonum peculiaria fuisse demonstret; quibus si bucranium adiungitur, collegium sodalium Augustalium indicatur, quod, quintum quattuor collegiis antiquis additum, aequo cum iis honore habitum esse satis notum est; cf. Tac. Ann. III, 64; Dio LVIII, 12.

— De Laurentibus Lavinatibus cf. nunc A. W. Zumpt, *de Lavinio et Laurentibus Lavinatibus commentatio epigraphica*, *Berolini* 1845, 4.

N. 2181, cf. n. 2533.

N. 2183 = n. 3905, n. 4. Kellerm. l. l. recte Gruteri lectionem TRID praefert.

5959. D · M ‖ D · IVNIO · D · F ‖ QVAD · [1]) CERTO ‖ SACERDOTI · ET ‖ ARVSPICI · PVBLICO ‖ NEPOTES · PIENTISSIMI — **Puteolis. Mommsen, I. N. 2574.**

1) l. CLAVD, quadratarii errore corruptum; cf. titulum n. 2299.

5960. L FLAVIO · L · F ‖ SER CRISPINO ‖ SACERDOTI · IOVI[1]) ‖ DEC · L · FLAVIVS · L · F · SER LONGVS PATER ‖ D D H C[2]) — **Antiochiae Pisidiae. Hamilton,** *Researches in Asia minor*, **vol. II, append. 188; Arundell,** *Discoveries in Asia minor*, **I, p. 287. Textum ita restitui, ut ex utroque exemplo elegerem, quae melius lecta erant. Cf. n. 5988.**

1) I O A, Ham.; fortasse Iovis *Optimi Maximi*. 2) *Decurionum Decreto Hic Consecravit* ? cf. n. 3486.

5961. NINVS SACERDOS ‖ PENATIVM ‖ VITALI · VICARIO · VIX · A · · · — et: SABINO · SACER ‖ DEVM · PENAT · VIX · AN · XXXIII ‖ NINVS · FRATRI ‖ *b*ENE · MERENTI — **Romae, rep. in sepulcro Volusiorum. Cardinali,** *Dipl. mil.* **242 et 252. Vidi ipse in horreis Mus. Vat.**

5962. *d* · M ‖ L · VALERIVS · L · FIL · FYRMVS ‖ SACERDOS ISIDIS · OSTENS ‖ ET · M · D · TRASTIB · [1]) FEC · SIBI — **Ostiis; ara ornata instrumentis cultus Isiaci.** *Atti dell' Accad. pontif. d'archeol.* **III, p. 344.**

1) *Matris Deum* TRA*n*STIB*erinae*.

5963. GAL · · · · · · ‖ IIIIVIR · A*ed* · [1]) *iiii* ‖ VIR QQ · Q*uaest* · *p* · *p* · *qua*‖EST · ALIMENT · *sacerd* ‖ XVVIR[2]) MATRI*s deum* ‖ OB MERITA EIVS *et splen*‖DIDAM EDITIO*nem mu*‖NERIS GLADIATO*rii* ‖ PLEPS · VRBAN*a ex aere* ‖ CONLATO · CVIVS · DE*dicatione* ‖ POPVLO · VTRIVS*que* ‖ SEXSVS ⋊ C ET E*pulum* ‖ BIDVO · DED*it* ‖ L · D · D · D — **Compsae. Guarini, Comm. XVI, p. 76; Bull. Inst. Arch. 1832, p. 208; corr. Ann. eiusd. 1849, p. 237; Mommsen, I. N. 202.**

1) IIII A. Guarinii exemplum editum, IIII . VIR . AI . . eiusdem exemplum ms., quod Mommsenius secutus est; in hoc VIR videtur additum ex coniectura, quam probo. 2) *quindecimviralis*, i. e. a XVviris s. f. institutus, vel certe confirmatus; cf. n. 2332. 2333 cet. — Decretum ipsorum XVvirum de sacerdote instituendo n. 2263.

5964. D M ‖ VLPIAE · ANTONILLAE · QVON · [1]) VLPI ‖ CANDIDIANI · FILIA*e* · T · AEL · VERINVS ‖ DEC · COL · AQ ·[2]) FLAMEN · DVMVIR‖ALIS · SACERDOS · VRBIS · ROMAE ‖ CONIVG · PIENTISSIMAE · QVAE ‖ VIXIT · ANNIS · XXIIII — *Bitske* **inter Budam et Albam regiam. Mus. Nat. Hung, p. 233, 20.**

1) QVON*dam* ? 2) COL*oniae* AQ*uinci*.

5965. C · CATVLIO ‖ DECIMIO ‖ TVTI · CATVLLII · FIL ‖ TRICASSIN · OMNIB ‖ HONORIB · APVD · SV‖OS · FVNCT · SA-

CERD ‖ AD · TEMPL ROM · ET ‖ AVG · III · PROV · GALL ‖ T · R · E · S · P · R — In eodem lapide: IVNI ‖ DOMITIO ‖ VXORI · CATVLI ‖ DECIMIN [1]) — Lugduni. Grut. 386, 8; Murat. 1088, 7.

1) Nomina ita restitue: C . CATVLLIO . DECIMINO cet.; deinde IVNI*ae* DOMITIAE, et CATVLLII. Notas in extremo titulo positas parum intelligo. [Est pars subscriptionis TRES PR*ovinciae galliae* maioribus litteris repetitae. MOMMSEN.] Mur. T. R *titulus restitutus*, omissis sequentibus. — Monumentum notatu dignum videbatur ob sacerdotium III Galliarum (cf. 184), quod Romae et Augusti fuisse eo declaratur neque diversum erat a *sacerdotio arae Aug. inter confluent. Arar. et Rhodan.* nn. 660; 4018; 5223, et in inscriptionibus sequentibus:

5966. . . . . ‖ AED*uo* ‖ SVMMIS *honoribus* ‖ APVD · SVOS · FVNCTO ‖ SACERDOTI · AD · TEMPL ‖ ROM · ET · AVG · AD · CON‖FLVENT · ARARIS ET RHO‖DANI — Ibd. Boissieu, *Inscr. de Lyon* II, 4, p. 84; cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 22 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852), p. 245, et *Ann. Inst. Arch.* 1853, p. 60.

5967. *q · licinio* · · · · · · · ‖ *t*AVRICO Q LICIN*i* · · · · *fil · sum*‖*m*IS HONORIBVS FVN*cto apud suos · item a t*RIB PROVINCIS GA*llis ornato sacerdo*‖*t*IO LICIN SART · · · *ae uxori eius* — Ibd. Boissieu, l. l. n. 11, p. 91; rest. Mommsen, l. l. — Cf. Boissieu, l. l. nn. 10 et 12.

5968. L OSIDIO · · · · · · ‖ QVIETI FILIO · · · · ‖ NERVIO ‖ OMNIB HONORI*bus apud* ‖ SVOS FVNCT SA*cerdoti* ‖ AD ARAM CAES N *apud tem*‖PLVM ROMAE ET *augusti in*‖TER CONFLVEN*tes araris* ‖ ET RHODA*ni* ‖ TRES PROV*inciae galliae* — In eodem saxo vestigia aliquot reliqua sunt alterius tituli; sub ambobus autem litteris maioribus scriptum erat: *tres provinciae g*ALLIA*e*. Ibd. l. l. n. 23, p. 114; Ann. l. l.

5969. L · CORNELIO · QVIR · MARCELLO ‖ L · CORNELI · LAVRI · PATRI · IIIIVIR · II · IVR ‖ DIC · FLAM · AVG · II · PONTIFICI · SACRORVM ‖ PVPLICOR · FACIENDORVM · [1]) PATRONO · MV‖NICIPI · D · D · COOPTATO · ET · ADLECTO · IN ‖ QVINQVE · DECVRIAS · ET · INTER · SACER‖DOTALES · PROV · SARD · [2]) OB · MERITA · EIVS ‖ IN · RE · PVBLICA · SVLCITANI · EX · TES‖TAMENTO · IPSIVS · · · — Ad *S. Antiochi* in ruinis Sulcitanis. Della Marmora, Voyage en Sardaigne II, p. 482, n. 41.

1) cf. n. 2157. 2) cf. l. l. p. 483, n. 44: INTER . SACERDOT*al* . PROV . SARD . ADLECTO AB SPLENDIDISSIMO *ordine cornensium* EX . CONSENSV . PROV . SARD, quo titulo docemur, ius quidem alligendi inter sacerdotales penes singulas civitates fuisse, consensu autem opus fuisse universae provinciae (τοῦ κοινοῦ).

5970. SEX QVINCTILIo ‖ SEX F ANI VALERIO ‖ MAXIMO [1]) LATO CLAVO ‖ EXORNATO A DIVO AVG ‖ NERVA QVAESTORI PONTI ‖ ET BITHYNIAE PATRONO ‖ COLONIAE PONTIFIC [2]) II ‖ VIRO PRAEF FABRVM ‖ IIVIRALIB ET SACERD ‖ ORNAM HONOR [3]) ‖ D D ‖ VIC X [4]) — Alexandriae Troadis. Ann. Inst. Arch. 1842, p. 152; Vidua, Inscr. antiquae cet. tab. XIII, 2; minus corr. Lebas, *Inscr. gr. et lat.* II, 1037.

1) Cf. Mur. 739, 1 = Don. V, 229, quo titulo vir commemoratur iisdem plane nominibus appellatus, Achaiae vero, nec Bithyniae quaestor, filius fortasse Quinctilii nostri. 2) PONTIFICI, V. L. 3) SACERD*otalibus* ORNAM*entis* HONOR*atus*; cf. n. 5280. 4) VIC*i decem* ?

5971. POMPONIAE ‖ C · F · DRVSILLAE ‖ · · · · · · · · [1]) ‖ M · F · M · N · COR ‖ QVINTIANVS ‖ LAVRENS · LAVINAS ‖ FLAMEN · FLORALIS ‖ PATRONVS · MVNIC ‖ COIVGI · RARISSIMAE ‖ L · D · D · D — **Lesinae. Mommsen, I. N. 5192.**

1) Excidit versus nomen et praenomen Quintiani continens.

5972. Q · ARRVNTIO ‖ Q · F · VOL · IVSTO ‖ Q̄ · AED · PAT · COL [1]) ‖ PAT · MVN · SAEPIN · PAT ‖ MVN · VICENTIN · PAT · ET · CVR · ‖ R · P · TEREVENT · SACER · TVSCVL ‖ · FANITALI · [2]) ‖ ORDO · ET · POPVLVS · ‖ OB · INSIGN · FIDEM · INDVSTRIAM ‖ ERGA · SE · IN CIVILIB · OFFICIS ‖ *e*T · SPLENDOR · MVNERIS ‖ GLADIATORI ‖ *l* · *d* · *r*OGATO · FISC · STAT · HEREDITATI [3]) — **Boviani. Guarini, comm. XII, 28, mendose; Gervasio,** ***Iscr. messinesi*** **p. 33; v. Mommsen, I. N. 4990.**

1) Sc. Bovianensium. 2) Sacerdotem Tusculanum habes quoque apud Grut. 263, 7 in inscriptione Polensi. Gervasius l. l. vocem *fanitali* cum *sacerdote* coniungit, id quod sane fieri potest, quamquam, si quis exemplo usus *fanatici* (Or. 2316. 2317) absolute etiam *fanitalem* dictum esse voluerit, equidem non valde adversabor. Neque tamen ignoro, diversa fuisse munera eorum, quum *fanaticus* ἱερόδουλος sit, qui autem hic *fanitalis* dicitur, summis in patria honoribus functus sit. 3) *Rogato fisco* = *permissu fisci*; M. — Gervasius *togato* = *advocato* legendum, ipsum vero versum post incisam inscriptionem adiunctum esse affirmavit; de qua re quum nihil tradiderit Mommsenius αὐτόπτης, illum nescium, quo modo versus intelligendus esset, pro re certa id proposuisse credo, quod tantummodo suspicatus erat.

5973. D · M ‖ P · AELIO ‖ PORCIANO [1]) ‖ SACERDOTI ‖ SVCINIANO [2]) ‖ QVI · VIX · ANNIS ‖ XXIII · M · VII — **Romae. Grut. 328, 7.**

1) Ad eundem hominem inscriptiones pertinent in Ephemeridibus Pisanis a Marinio editae (XVI, 164), Latina altera, altera Graeca: *p* . *aelius* . *p*ORCIANVS . SACERD ‖ *sucin*IANVS . PVTEI . INVEN‖*tor* . SVIS . INPENDIS . FECIT, et . *π* . *ΑΙΛΙΟΣ* . *ΠΟΚΙΑΝΟΣ* (sic) ‖ *ἱε*ΡΕΥΣ . *ΣΟΥΚΙΝΙΑΝωΝ* ‖ *δΕΚΟΥΡΙΑΣ* . *ΓΕΡΟΥΑωΝ* . *ΦΡΕΑΡ* ‖ *εὑ*ΡΕΤΗΣ . *ΙΔΙΑΙΣ* . *ΔΑΠΑΝΑΙΣ* ‖ *ΕΠΟΙΗΣΕΝ*. 2) Marinius l. l. hoc sacerdotium ad *Sucinium* dirutum Etruriae oppidum refert, de quo Amm. Marcell. XVII, 7 fin., quamquam parum de lectione constat, quum plerique codices *Saeeumum* exhibeant. Sin autem Marinii lectio vera est, sacerdotes oppidi diruti cum Caeninensibus optime componuntur; cf. etiam cultum Martis Ficani, n. 7194, et Annal. Inst. Arch. 1850, p. 164. — Ad eandem religionem spectat Grut. 331, 5: D . M ‖ TI . CL ‖ DOMNIONI ‖ SVCINIANO ‖ ARCHINEA‖NISCO ‖ FECIT . CL ‖ IANVARIA . SVO . PATRI.

Sacerdotem collegii habes n. 7218.

§. 3. SACERDOTES FEMINAE.

N. 2185, v. 7: *lici*NIA . ATTIANE; corr. Mommsen, I. N. 1383 ex n. 3623.

N. 2186 fin. B . M . F; ibd. n. 622.

N. 2187, male a Grutero correctus; legitur enim apud Mazocchium f. 45 PVBLICIA, ita ut duae sint feminae, Casponia et Publicia liberta populi Rom.

N. 2188: ad Capenam pertinet, modo genuinus sit; cf. Fabr. l. l.

N. 2189, pro *Luceio* scr. LVCCIO; I. N. 2360.

N. 2190: titulus Latinus interpretatio videtur esse inscriptionis Graecae tempore recentiori confecta.

N. 2194: de falsitate tituli non satis mihi constat.

N. 2195: mihi suspectus; nota Divi Titi nomina, Caesoniam Caesonii materteram, cet.

5974. D *m* ‖ OSTORIAE · SVCCESSAE ‖ SACERDOTI · BVBASTIVM [1]) ‖ FECIT · T · FLAVIVS · AVG · LIB ‖ AMPLIATVS ·

CONIVGI ‖ OPTIMAE · ET · SANCTISSIMAE ‖ BENE · DE SE · MERITAE — Romae, in hortis Vaticanis. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 180.

1) i. e. Bubastiorum Aegyptiorum, qui Romae consistebant.

5975. POMPEIAE ‖ Q · F · CATVLLAE ‖ SACERD · AVGVST ‖ DECR · DEC ‖ REMISSA · PEC · PVBL ‖ C · TRVTTIDIVS ‖ PIVS · FIL ‖ L D D D — Rep. Minturnis, nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 4066.

5976. ATTIAE · · FIL ‖ MAXIMAE ‖ SACERDOTI ‖ AVGVSTAR ‖ TI · CLAVD · VITALIS ‖ VXORI · OPTIMAE ‖ L · D · D · D — Interamnae Praetutianorum. Op. cit. 6147.

5977. M · D · M ‖ IN MEMORI ‖ VSIAE · L · FIL ‖ TERTVLLINAE ‖ SACERD · DĪVARVM ‖ MATRIS · SVAE ‖ SEX · APPVLEIVS · MARCELLVS ‖ D · D — Patavii. Grut. 29, 4 (minus bene 322, 6); Furlanetto, *lap. pat.* p. 11, VIII.

5978. *cl*AVDIAE ‖ TI · F ‖ *fa*DILLAE ‖ C · F ‖ *sa*CER*doti* · DI‖*v*ARVM AVG‖*us*TAR · OB AMOR‖*em e*RGA PATRIAM ‖ *exi*MIVM · EIVS ‖ *au*GVST · P · P — Allifis. Mommsen, I. N. n. 4748; cf. 4800.

5979. STAIAE · M · F ‖ PIETATI ‖ SACERD · CERER ‖ PVBL · PRIMA ‖ L · D · D · D — Teani. Op. cit. 3988.

5980. VIVA · FECIT ‖ SVELLIA · C · F ‖ CONSANICA ‖ SACERDOS · CERIALIS · ‖ DEIA · LIBERA ‖ H · M · H · N · S — Aeserniae. Op. cit. 5006; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 421; Garrucci, *St. d'Isernia* p. 117.

5981. CAEIDIAI·F ‖ SACERDOS ‖ CERERIS ‖ ET · VENERIS — Sulmone. Mommsen, I. N. 5434. Legendum credo CALIDIA · T · F · — SACERDOS · PVBLIC · *vene*RIS · ET · CERERIS l. l. 2124.

5982. FLAVIAE · VERE PRAESVLE ‖ SACERDOTI · TVSCVLANOR [1] ‖ VIXIT · ANN · VI · MES · X ‖ FECIT · FI — Ravennae. Marini, *Giornale Pisano* XVI, p. 17, 4.

1) cf. n. 5972.

5982a. SERVIAI · C · F ‖ SACERDOTIS · LIBERI ‖ PVBLICAI · AQVINATIS — Aquini. V. Brunnius.

§. 4. ANTISTITES. PARASITI. PRAETORES SAC. FAC.

N. 2204, not. 2. Fratribus Arvalibus falso praetorem tribui exposui in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 190.

5983. INVICTO ‖ DEO ‖ VERVS ‖ ANTISTES ‖ V · S — Aeserniae. Mommsen, I. N. 5010; Garrucci, *St. d'Isernia* n. 5, p. 71.

5984. VENERI VIC‖TRICI · PRO · SA*lute* ‖ *i*MPERI · T · S · P · Q · R ‖ T · ORDINIS · COL · APVL · C · IVL · VA‖LES · HARVSPEX ‖ COL · S · S · ET · ANT*i*S‖TES · HVIVSCE ‖ LOCI ‖ D — Maros Porto (Apuli). Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 663; cf. Or. 2300.

5985. CN · VESICVLANVS · M · F ‖ M · VESICVLANO · V · F · PATRI ‖ TRIB · PL · [1]) II · VIRO · I · D ‖ PRAEF · REBVS · DIVINIS[2]) — Teani. Vidit Mommsen, I. N. 3998.

1) Nota tribunum plebei municipalem; cf. n. 7143, et ad Or. 3145. 2) Cf. *praef. sacror.* n. 5670; *praefectum sacris faciundis* Nomenti, n. 7032, et fragmentum Mur. 676, 1 = 763, 5, quod Casiliani in agro Tudertino exstare dicitur: . . *pi*NARIO . SEX . F . CLV ‖ II VIR . I . D ‖ PRAEF . SACR . TR . MIL. Nisi forte hic titulus Interamnam spectat et pro PRAEF legendum est PRAET, ut apud Grut. 411, 3 ex auctoritate Magalottii, *Iscr. di Terni* p. 52, et in inscriptione sequenti Interamnati:

5986. *t* · *pi*NARIVS T · F · CLV · NATTA ‖ *p*ONTIF · IIII·VIR · PR · SACR · TR · MIL ‖ *t* · *pi*NARIVS · T · F · CLV · IIII·VIR ‖ PR · SACR · PATER — Bull. Inst. Arch. 1851, p. 190.

5987. A · FABIO · A · FIL · PAL ‖ FELICIANO ‖ AEDILI · SACR · VOLK · F[1]) ‖ QVI · VIXIT · ANNIS · XVIII ‖ MENS · I · DIEB · XXVIIII ‖ A · EABIVS (sic) · FELIXS ‖ FILIO · DVLCISSIMO — Ostiis rep., nunc Romae apud v. cl. P. H. Visconti; l. l.

1) Cf. n. 1381.

5988. L FLAVIO PAVLO ‖ SER DEC AED QVAES*t*[1]) ‖ CVRATORI ARCAE SAN‖CTVAR[2]) L FLAVIVS · L · F · SER ‖ LONGVS F · PATRI SVO OB ‖ MERITA EIVS D D ‖ H C[3]) — Antiochiae Pisidiae. Hamilton, *Researches in Asia minor* II, append. 188; Arundell, *Discoveries* cet. I, p. 288; cf. n 5960.

1) DECAEIDOVAES, A.; DEC . AE . QVAES H. 2) Post R duas LL A. exhibet; fortasse SANCTVARII. — Ceterum cave, ne in voce ARCAE mentionem inesse credas Μηνὸς Ἀρκαίου, cuius sanctuarium valde celebratum olim apud Antiochenses fuisse Strabo tradit (XII, p. 577), post mortem vero Amyntae sublatum. Quamquam non est probabile, cultum illum ita intercidisse, ut nulla eius vestigia superessent. Immo, sanctuarium hoc titulo sine nomine dei commemoratum ad cultum quendam omnibus notum pertinere debet, qui vix alius esse potest, nisi antiquissimus ille Mensis Arcaei, cuius imago etiam in nummis imperatorum exstat; Eckhel, D. N. III, p. 19. 3) *Decurionum* Decreto Hic Consecravit.

5989. · · · *a*MAREDIO · C · F · FAB ‖ · · · O · IIII · VIR · I · D · QVAEST ‖ *pec* · *al*IM · Q · R · P · CVRAT ‖ *apud* IOVEM · STATOR · IIII · VIR · I · D ‖ *ite*R · S · P · ANXATINVS ‖ *l* · D · D · D ‖ *ex* HS · IIII · N — *Androsciani*. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1846, p. 181, ex schedis Antinorianis; melius I. N. 5628 ex Hoare, *classical tour* I, p. 367.

5990. P · FANNIVS · M · F · ‖ C · MASVRIVS · C · F · SABINVS ‖ P · CVTIVS · P · F · BIBVLVS ‖ L · AEMILIVS · L · F · MALO ‖ FANORVM · CVRATORES ‖ EX · PECVNIA · FANATICA ‖ FACIVNDVM ‖ CVRARVNT ‖ IDEMQVE · PROBARVNT — Rep. in parietinis templi cuiusdam Minervae in *Val-policella* agri Veronensis. Bull. Inst. Arch. 1836, p. 141, 10.

5990a. MATRI · DEVM ‖ CN . POMP ‖ PROBVS ‖ CVRATOR TEM‖PLI · V · S · L · M — In Museo Tolosano. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 68.

§. 5. FLAMINES.

N. 2207, v. 1. M . CORNELIO . CETHEGO . COS ; v. 4. 5. omissi: L . SALVI . KARI . FLAMINIS ǁ T . FVNDANIVS VITRASIVS POLLIO . LOCO ; v. ult. deest: *q*VINTILIO *maximo*. Kellerm. Or. Anall. epigr. p. 38 ; vidi ipse. Fragmenta autem a Marinio edita (Arv. p. 166) ad fastos Saliorum Palatinorum pertinere ostendit Borghesius (Bull. Napol. 1845, n. XLVIII, p. 99); cf. Mercklin, *Cooptation* p. 202, ubi videsis et cetera fragmenta ab Orellio praetermissa, et hoc correctum.

N. 2208 ex Boissardo et certo spurius. Nota dictionem, qua verborum formae antiquae cum recentibus miscentur, et quae ad n. 491 ipse exposui.

N. 2209: integrum titulum v. Grut. 176, 2: P . CORNELIVS . P . F . DOLABELLA ǁ C . IVNIVS . C . F . SILANVS . FLAMEN . MARTIAL ǁ CoS ǁ EX S . C ǁ FACIVNDVM . CVRAVERVNT . IDEMQVE . PROBAVERVNT.

N. 2210: Mommsenius inter spurios quidem non retulit, suo tamen iure pro suspecto habuit VOLCANI FLAM , ex corrupto fortasse cognomine ortum , I. N. 214.

N. 2211 ; cf. Mommsen, *Inschriften von Ameria*, *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 271.

N. 2212: Gud. 119, 18 pro VIRB cet. habet: VIRT ǁ S . C . TRIB . AERAR ǁ II . VIR, in quibus scribendum esse videtur SCRIB; Murat. 166, 6: VIR . B ǁ SCRIB. AEDIT . II . V . De *flamine* igitur *Virbiali* parum constat. Quas vero Orellius laudat inscriptiones Gruterianas, quibus fl Virbialem commemorari dicit, eas unius monumenti diversa apographa esse facile apparet. De eo cf. ad n. 4102.

N. 2213. notas Q̄ . C̄ . V̄, ab Orellio in Indice notarum male explicatas, interpretare: *Quaestoris Coloniae Viennensis*; cf. n. 3842.

N. 2214, v. 3 pro SVAE ǁ VIRO scr. SVAE . IIVIRO .

N. 2219 : recte coniungitur FLAMINIS . PERPETVI ; cf. n. 5992, in quo AVG*usti* eadem ratione collocatur. Notam vero F nihil aliud nisi *Filii* indicare et monumentum ad Neronem Claudii Augusti filium referendum esse censeo.

N. 2223, v. 2. ALFINO; v. 4. ALPI recte; cf. Labus, *Via del Sempione* p. 13. Vidi ipse.

5991. *m* · VAL*erio* · *m* · *f* ǁ PVB · NASON · ǁ IIII · VIR · VIAR · CVR · ǁ FLAM · AVG ǁ PRIMO · VERON ǁ CREATO · ǁ PLEBS · VNIVER*sa* — *Cognolae* agri Veronensis, nunc in Museo Veronensi. Orti, *l'antico marmo di Valerio Nasone*, *Verona*, 1836, p. 7 et tab.

5992. L FL · PAPIR ǁ RVFINO ǁ FLAM · AVG · PERP[1] ǁ IIII VIR[2] II VIR[3] QVINQ ǁ PRIMO ORDO CAǁLAMENSIVM · OB ǁ MERITA · ET · MVNIǁFICENTIAM EIVS ǁ AERE CONLATO — Calamae. Clarac, *Musée de sculpture*, *Inscr.* pl. LXXVIII, n. 60.

1) Cf. ad n. 2219. 2) cf. n. 7060. 3) cf. nn. 5664. 5665. 7050.

5993. M · FLAVIVS SEǁCVNDVS FILIVS ǁ FECIT ǁ T FLAVIO · SECVNǁDO PATRI PIO ǁ MILITAVIT · A · XXXII ǁ VIXIT ANN · LXII · H · S · E · ǁ FLAVIAE · VRBANAE ǁ MATRI PIAE VIX · ǁ ANN · LV · H · S · E · ǁ FL SECVNDAE SOǁRORI V · A · XII · H · S · E · ǁ T · *fl.* MARCELLO FRAǁTRI P · V · [1]) A · XX · H · S · E ǁ *t.* FL · MARTIALI · FRATRI ǁ P · MIL · A · XII · V · A · XXXV · H · S · E · ǁ FL · SPERATAE SOROǁRI P · V · [1]) A · XXXVI · H · S · E · ǁ AEMILIAE · SEX · FIL ǁ PACATAE · VXORI · PIAE ǁ FLAMINICAE PERP ǁ VIX · ANN · LVIII · H · S · E · ǁ T · FLAVIVS T · FILIVS ǁ PAP · SECVNDVS IPSE ǁ FLAMEN · PERP · VIX · ǁ AN · LX · H · S · E · ǁ FL · T · FILIAE · PACATAE FLAǁMINICAE PERP · COL ·

THE‖LEPT · FIL · PIAE · FL · LIBERA MA‖TER STATVAM POSVIT ‖ V · A · XVI · M · X · H · S · E · ‖ FLAVIA · *Ab*ERA · T · FL · SECVNDI VXOR ‖ PIA V · AN · XXXVIII · H · S · E — *Kasareen.* Jahn *Ber. der sächs. Ges.* 1850 p. 188, ubi vide ceteros; a quo constitutam lectionem exhibui.

1) Pie, vel Pio vel Piae, Vixit.

5994. VARIAE · L · F · GESTIANAE ‖ VXORI ‖ L · CALIDI · L · F · STEL · NIGRINI · IIII · VIR ‖ IVR · DIC · IIII · VIR · QVINQ · II · AVGVR · FLAMI‖NIS · AVG · PARENTIS · 1) PATRONI · MVNICIPI ‖ FILIAE ‖ L · VARI · L · F · QVINTIANI · TRIBVNI MILITVM ‖ LEG · II · ADIVTRICIS TRIBVNI MILITVM ‖ LEG · X · GEMINAE · IIII · VIR · QVINQ · PATRO‖NI MVNICIPI ‖ MVNICIPES ET INCOLAE — a latere dextro: L · CALIDIO · L · F · STEL · NI‖GRINO ‖ FILIO · L · CALIDI · NIGRINI · PATRO‖NI · MVNICIPI ‖ NEPOTI ‖ L · VARI · QVINTIANI · PATRO‖NI · MVNICIPI — a latere sinistro: L · CALIDIO · L · F · STELLAT ‖ QVINTIANO (cetera ut a dextro latere). In imo lapide: L · D · D · D — Rep. 1563 in loco *Collemancio*; de Costanzo, *S. Rufino*, app. p. 139, ex Ms. vetere. Murat. 1109, 3 partem tituli refert, quam Interamnae esse dicit. Pertinet tamen ad Asisium.

1) PARENS COLONIAE v. n. 605; fortasse eadem ratione in hac quoque inscriptione Augustus parens dicitur.

5995. P · OCTAVIO ‖ FLAVO ‖ FLAMINI · DIVOR · AVG ‖ PROVINC · BALT 1) ‖ P · OCTAVIVS ‖ PRISCVS ‖ PATRI TESTAMENTO ‖ PONI · IVSSIT — Gadibus. *Bibl. Ital.* LVII, p. 248.

1) l. BAET*icae*; cf. Grut. 376, 4: FLAMINI . DIVOR ‖ ET . AVGVSTORVM ‖ PROVINCIAE HISPAN ‖ CITERIORIS cet; et Grut. 489, 9: FLAM . ROM*ae* ‖ DIVOR . ET . AVGG cet. in titulo a colonia *Liberalitate Iulia Ebora*, Hispaniae civitate, publice posito. — Marinius, Arv. p. 386, flamines Divorum et Augustorum *importunos* appellat, atque ortos eos esse putat ex flaminibus illis Divorum Augustorum in Sardinia et Hispania obviis; sed hi cultui tantum praeerant Augustorum defunctorum, illi una cum defunctis viventes quoque colebant, quibuscum Eborae etiam Roma sociabatur.

5996. C · PASSERIO · P · F · ‖ VOL · AFRO ‖ TRIB · MILIT · LEG · XXII ‖ IIII · VIRO · FLAM ‖ DIVI · AVGVST · DD ‖ FLAM · GERM · CAES ‖ PRAEF · FABRVM · III ‖ M · VALERIVS · RVFVS ‖ L · PINCIVS · PACATVS ‖ · · · NCIVS ER · · · · ‖ P · · · TARIVS · RVFVS ‖ SEX · VALERIVS ALBINVS ‖ SEX · CALVISIVS CALLISTVS ‖ AMICI — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* LVI, 1832.

5997. D *m et* ‖ MEMOR*iae* ‖ SEX IVLII *Sex fil* ‖ VOL MAX*imi* ‖ FLAMINIS ROM*ae et* ‖ DIVI AVG ITEM DR*usi* ‖ ET GERM CAES TR *mil* ‖ PRAEF FABR III IIII*viri* ‖ IVR DIC ‖ NEMAVSENS*es* — Nemausi. *Mém. de l'Acad. du Gard*, *année* 1810, p. 376 sqq. n. XXV. Ipse restitui.

5998. SILVANO SACR ‖ D · GRANIVS PAL CELER ‖ FLAM · MAXIMVS 1) — In agro Lanuvino. Vidit Amatius, qui cum Borghesio communicavit.

1) Flamen maximus mihi quidem novus est.

5999. SER · CORNELIO ‖ SER · F · P · NEP · P · PRo‖NEP · P · AB · NEPOTI · DOLABELLAE · METI‖LIANO POMPEIO MARI‖CELLO IIIVIR · A · A · A · F · F · ‖ SALIO PALAT · QVAESTOR ‖ DIVI · TRAIANI · PARTHICI ‖ SEVIR · EQVIT · ROM · TVRM ‖ III · PR · COS · 1) FLAM · QVIR 2) ‖ CORFINIENSES · PVBLICE ‖ PATRONO — *Populi*, olim *Pentimae* (Corfinii). Murat. 313, 2 = 1041, 3; vidit Mommsen, I. N. 5359, ubi v. cett.

1) a. 839 = 86. 2) FLAM*en* QVIR*inalis*.

De flaminatu perpetuo in civitatibus Africae cum cura rei publicae saepe coniuncto cf. quae in Ann. Inst. Arch. 1851, p. 26. 27 exposui.

§. 6. FLAMINICAE.

N. 2229: *matrem municipalem* male lectam esse censeo; fortasse legendum est: MVNICIP*ii*, licet nesciam, quae civitas litteris AL indicata sit; cf. 3774: *mater coloniae*, et μήτηρ τῆς πόλεως Ann. Inst. Arch. 1852, p. 129.

N. 2232: titulus, si genuinus est, mihi quidem videtur pessime exscriptus esse, sed solis Lazii, Iacobonii, Boissardi testimoniis firmatus, gravissimis laborat difficultatibus. Nota v. 2. AVL; v. 3. CEIONIVM cognomine carentem; litteras D . C . coniectura tantum explicatas; nomen coloniae per insolitum certe compendium indicatum; v. 4. VE post nomen officii positum. Nota praeterea et nomen coniugis, cui pro cognomine alterum nomen gentilicium additur, et singularem hominis pietatem, qua etiam pro salute *heredum suorum omnium* votum solvit.

6000. CAMVRENAE ‖ C · F · ‖ CELERINAE ‖ FLAM · FERON ‖ MVNICIPI · SEPTEMP 1) ‖ MVNICIPES · ET · INCOLAE ‖ TVF · 2) VTRIVSQ · SEXVS ‖ OB · MERITA · EIVS ‖ H · A · I · R 3) — *Moscani* prope Tuficum. *Atti dell' Accad. pont. di archeol.* IV, p. 130. Corr. Ramelli, *Tufico*, inscr. n. XII, ex lapide nunc in aedd. publ. Fabrianensibus exstante.

1) SEPTEMP*edani*. 2) TVF*icenses*. 3) H*onore* A*ccepto* I*mpendium* R*emisit*. — Ad eandem feminam spectat Grut. 308, 3.

6001. ANNIAE AELIAE RESTITVTAE ‖ FLAM · PERP · OB · IN‖SIGNEM LIBERALITA‖TEM POLLICITATIO‖NIS EIVS HS CCCC N ‖ AT THEATRVM FACI‖ENDVM CVI CVM OR‖DO · OB · EAM · CAVSAM · STA‖TVAS QVINQVE DE PV‖BLICO PO*ni* CENSVIS-‖SET ETIAM OB MERITA ‖ L ANNI AELI CLEMEN‖TIS FLAM AVG PP 1) PA*ren*TIS EIVS CVI AERE CONLA‖TO · VNIVERSI CIVES STA‖TVAM POSVISSENT ‖ · · · · · · · V·NIVE · · · · ‖ · · · · D D · · · · · · — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, n. 41. *Expl. scient.* pl. 183 n. 6.

1) P*er*P*etui*.

6002. · · · · · AE ‖ · · · · · · · AE · FLAM ‖ *divae iuli*AE · AVG ‖ *matris d · n · anto*NINI · AVG ‖ · · · · · · FIL ‖ · · · · · · · · · LIB — Aeclani. Mommsen, I. N. 1091; corr. Brunn, qui vidit. Cf. n. 5841.

6003. · · · · ELLICAE FLAMINICAE ‖ DIVAE AVGVSTAE PROV ‖ *narbonensis* — Breton ville de Vaison 27.

6004. SEMPRONIAE ‖ TEVSCI · F · PLACIDAE ‖ POMPAELONENSI ‖ FLAMINICAE · CON‖SENSV · CONCILII ‖ P · H · C 1) ‖

CORNELIVS · VALENS ‖ MARITVS ‖ S · P · F — Tarracone. Grut. 325, 1.

1) Inscriptionem hanc afferendam censui, quippe qua sacerdotum provincialium conditio optime illustretur.

§. 7. VIRGINES VESTALES.

N. 2238; cf. n. 696, et quae Borghesius de ea disseruit in Ann. Inst. Arch. 1849, p. 25, et *Giorn. Arcad.* I, p. 178.

N. 2240: De titulo Patavino ab Orellio laudato cf. nunc Furlanetto, *lap. Pat.* p. 146, ubi Borghesius lapidem in Museo Patavino asservatum a falsario quodam exaratum esse demonstrat.

N. 2241: iniuria de sacerdote Vestali Orellius dubitat; cf. n. 696 exstantem in Museo Vaticano.

§. 8. SALII. LVPERCI.

N. 2242, minus bene ab Or. saeculo tertio tribuitur, quum tribus et nomen patris adiuncta antiquiorem titulum esse evincant.

N. 2244, v. 1. PALATINORVM; v. ult. PLOTII . ACILLII . LVCILII; corr. Melchiorri ex archetypo, Bull. Inst. Arch. 1842, p. 133.

N. 2248: inter voces CAES et ANTONINVS, deinde post PIVS litterae aliquot de consilio erasae sunt, nomina videlicet *M. Commodi*, et cognomen *felicis*; pro *praefectura* l. PRAEFECTVRAE, pro D l. Ɖ; in fine mutilum quendam versum REIP . REMISIT interpretatus est Petrinius (*Memorie prenest* II. 5); Abeken autem, qui et ipse Praeneste lapidem inspexit, ita fere litterarum vestigia Kellermanno descripsit: DIIDCɪƆCɪƆƆE.

N. 2250: dormitavit paullulum Orellius, quum Ligoriani aliquid inesse suspicaretur codici Einsiedlensi septingentis fere annis ante Ligorium conscripto. Titulus igitur plane sincerus est, sed ad Romam eum non pertinere facile patet, unde Mommsenius eum Ticinensibus tribuit; *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 315; cf. ad n. 641. — Qui ab Orellio laudatur Salius Veronensis mihi certe suspectus vel male fortasse exscriptus est. Ceterum v. 1. l. SEXTILIVS; cf. Hänel, Anon. Einsiedl. *Archiv. f. Phil. u. Pädag.* V, 1, p. 121.

N. 2251, v. 1. AFILANO; v. 3. ORNAT; v. 5. deest DECVRION; v. 7. AFILANVS. Exstabat non Praeneste, sed Afilae; corr. de Costanzo, *S. Rufino, append.* 144.

N. 2252: alterum tituli exemplum plane simile exstat in Mus. Cap., in quo pro *municipibus* DECVRIONES leguntur, versus autem aliter divisi sunt; cf. Fabr. 456, XVI et 75. Ipse vidi.

N. 2253, v. 2. LEGE; ita ex codice Vaticano Mommsen, *de apparitoribus*, *Rh. Mus. N. F.* VI, p. 38. Falsum exemplum in Mus. Vat. asservatur.

N. 2254, extr. „I“ „I“; versus paullo aliter distributi; v. nuper de Rossi.

6005. MARCO SALONIO ‖ A · TI · CLAVDIO · CAESARE ‖ AVGVSTO · GERMANICO ‖ CENSORE · ADLECTO · IN ‖ SENATVM · ET · INTER TRIBVNICIOS · RELATO ‖ AB · EODEM · ADSCITO · IN ‖ NVMERVM · SALIORVM ‖ SALONIA · MATER ‖ FĪLIO · PIENTISSIMO ‖ VIVA · FECIT — Vicentiae. Maff. M. V. 377, 8; Furlanettus exscr. et misit Borghesio.

6006. *l* · *eggio* · *l* · F · COR · AMBIBVLO ‖ POM*peio* · *lon*GINO CASSIANO · L · MAE‖CIO POS*tumo* · *cos* 1) FLAM · CLAVD · SALIO · COLLINO · PR · ‖ CANDIDATO · *procos* · *pro*V · MACEDONIAE · Q̄ · CANDIDATO ‖ DIVI TRAIAN*i* · *part*HICI · AB · EODEM · AD-

LECTO · INTER · PATRI||CIOS · SEVIRO · EQ · *rom* · *tr* · *mil* · LEG · XI · C · P · F · 2) XVIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS · || IIVIR · Q*q* · *item pa*T · COL · P · D · D — Aeclani, nunc Boniti. Fragmentum maius ed. Guarinius, Comm. XII, 19, cum supplementis Borghesii, quae ex altero frusto nunc addito paullulum corriguntur. Mommsen, I. N. 1110.

1) Cos. 879 = 126. 2) *Claudiae Piae Fidelis.*

6007. M · NVMMIO || VMBRIO · PRIMO || M · F · PAL· SENECIONI || ALBIN · COS · 1) PR · CANDIDAT || LEG · PROV · AFRIC · LEG · PROV · ASIAE || Q · CANDIDAT · AVGVSTOR · PONTIF || SALIO · PALATINO · 2) VI · VIR · EQ · TVRMAE · PR || IIIVIRO · MONETALI · A · A · A · F · F || M · NVMMIVS · EVHODVS · LIB || NVTRITOR · ET PROCVRATOR || L · D · D · D — Brixiae. *Bull. Nap.* III, p. 100.

1) Cos. 206 = 959. 2) Salius factus anno 191, ex collegio exiit pontifex factus anno 199. — Titulus propterea hic proponendus erat, quod inscriptiones Marin. Arv. p. 166. ad album Saliorum pertinere ex eo potissimum apparet; cf. fragm. IV, v. ult. et VI, 6, et Borghesi, *Bull. Nap.* l. l. — Partem eius albi habes apud Orellium n. 2207.

6008. · · · · · Q · F · AN   L · BAE*bio* (?) · · · ·
· · · · · *i*IVIR   VAL*enti*
· · *qua*ESTORI   LVPERCO · LAVR · LA*vinati*
IIVIR · IIIVIR · AED · P*lebis* 1)
· · · · *e*T COLLEG*ia*   *f*ABR ET CENTONA*riorum*
*ob ra*RAM FID*em*   *e*T · INDVSTRIAM L *d. d. d.* (?)

Tria fragmenta variis temporibus in loco *S. Maria di Carbognano* prope Ariminum eruta, quae composuit Tonini, *Rimini* p. 299, n. 25.

1) Cf. n. 3979.

6009. L · LICINIO · SECVNDINO · L · FIL · QVIR || DECVRIONI CAE||SARIENSIVM || EQVO · PVBLICO || EXORNATO || SACRISQVE · LVPER||CALIBVS FVNCTO || · · · · · · · · · · · || · · · · · · · · CON||SOBRINO — Iuliae Caesareae (*Scherschel*). *Mém. des Ant. du midi de la France* IV, p. 207.

6010. A · CASTRICIVS · MYRIO || TALENTI · F · TR · MIL · PRAEF · EQ || ET · CLASSIS · MAG · COLLEG || LVPERCOR · ET · CAPITOLINOR || ET · MERCVRIAL · 1) ET · PAGANOR · AVENTIN · XXVI VIR 2) || · · · · · · MONI · PER · PLVRES || · · · · · · SORTITIONIBVS || · · · · · · · · · IS · REDEMPTIS — Lanuvii. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 104.

1) De Capitolinis et Mercurialibus cf. Cic. ad Q. fr. II, 5. 2) XXVI viratus lapidem ante annum 741 exaratum esse docet.

6011. CLESIPP*u*S · GEGANIVS || MAG · CAPI*tolin* · MAG · LVPERC · VIAT TR — *Mesae* (ad medias) in paludibus Pomptinis. Exscr. de Rossi. Huius inscriptionis mentio exstat apud Morcelli, *de stilo inscr.* p. 65, a, ed. I (vel l. I, p. 1, c. 2, n. LXXXIII).

§. 9. CVRIONES. SEPTEMVIRI EPVLONVM. QVINDECIMVIRI SAC. FAC.

N. 2261, male compositus; versus enim ultimus ad aliam inscriptionem pertinet; cf. Mommsen, I. N. 2422 et 2403.

N. 2263, v. 5. VNDANVS; v. 6. PRAET; v. 8. CAELIVS; v. 9. PANNYCHVS, VOTIVOS; v. 16. XV . SAC . FAC; v. 21. 22. DEFVNC ‖ CVI (sic); v. 22. fin. VESTRA; v. 28. SVSCRIPSI; v. ult. T . FL . COELIANO; Mommsen, I. N. 2558, cuius ectypum chartaceum ipse vidi. — Quae de *sacerdotibus quindecimviralibus* Orellius exposuit, eo refelluntur, quod sacerdotes feminae eius generis saepe commemorantur: decreto autem illo XVvirum s. f., quae eorum indoles fuerit, satis constat; cf. n. 2322 et 5963.

6012. *Curionem maximum* habes n. 5425, *curiones minores* apud Grut. 305, 4, et Mur. 665, 3: M · ACCENNA · M · F · GAL · HELVIVS ‖ AGRIPPA · PRAETORIVS TRIB · PLEB ‖ LEG · PROVINCIAE AFRICAE DIOECESIS ‖ CARTHAGINENSIVM ITEM QVAESTOR ‖ PROVINCIAE AFRICAE VIII · VIR · 1) CAPITALIS ‖ TRIB · LATICL · SYRIAE · LEG · XVI · FLA ‖ ITEM · TRIB · LATICLA · BRITANNIAE LEG · XX ‖ VAL VICTRICIS CVRIO MINOR VIXIT ‖ ANNIS XXXIIII · MENSIBVS . . . . DIEBVS XXIIII ‖ M · ACCENNA · HELVIVS AGRIPPA ‖ PATER FECIT — Hispali.

1) corr. *III vir.*

6013. DIS · MAN ‖ C · NONI · C · F · VRSI ‖ SACERDOTIS · CABESIS 1) ‖ MONTIS ALBANI ‖ CVRIONIS ‖ C · NONIVS · IVSTINVS ‖ ALVMNO · DVLCISSIMO ‖ VIX · ANN · LI · M · XI · D · XIII — Romae. Grut. 323, 9; vidi in vestibulo aedium Maximorum. Falso igitur a Seidl, Excurs. epigr. VI, 32, ceterisque rerum Stiriae scriptoribus ad *S. Petri* prope Celeiam collocatur.

1) Sic in lapide legitur.

6014. M · VALERIO · M · F · QVIRINA ‖ QVADRATO XVIRO ‖ STLITIB · IVD · TRIB · LATICL ‖ LEG · III · AVG · SEVIRO ‖ EQVITVM · R · 1) Q · AVG ‖ TR · PL · CANDIDATO ‖ PRAETORI VIIVIRO ‖ EPVLONVM — In fundo *Marcosimone* agri Romani. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 96.

1) *Romanorum.*

6015. FAVSTINAE · AVG · ‖ IMP · CAES · M · AVRELI ‖ ANTONINI · AVG · GERMANICI · TR · POT · XXVII · ‖ COS · III · 1) P P ‖ C · LABERIVS QVARTINVS ‖ COS 2) VIIVIR · EPVL · — Ferentini. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 145.

1) a. 926 = 173. 2) Suff. anni incerti.

6016. ANNIAE ‖ Q · F · RVFINAE ‖ P · CASSI · DEXTRI ‖ VIIVIR · EPVLON ‖ OB · MERITA · AVI ‖ RVFI ET ALBINAE ‖ MATRIS EIVS EX CONSENSV · VNIVERSORVM — Canusii. Mommsen, I. N. 645.

6017. D · M ‖ T · FLAV · POSTVMIVS VARVS · V · C · COS · ORATOR ‖ AVG · XV · VIR PRAEF VRB · [1]) VIXI BEATVS DIIS ‖ AMICIS LITERIS ‖ MANES COLAMVS · NAMQVE OPERTIS MANIB · DIVINI ‖ VIS EST AETERNI TEMPORIS[2]) — Romae. Fea, *Giorn. Arc.* 1829, XLIV, 132, p. 337; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 54.

1) a. 271. 2) Ritschl (anthol. lat. coroll. epigraph. 1853.) haec ita constituit: *Divi invident usum aeviterni temporis*. Contra Baiterus: *Divina vis est sempiterni temporis*.

6018. D · M ‖ IVLIAE PROCV*li*NAE ‖ VXORI PVDICI*ssi*ME ‖ ET OBSEQVENT*is*SIME ‖ T AQVILLIVS PRO*c*VLVS ‖ CONSVL · PRÓ · CÓN‖SVL · XV · V*i*R ‖ ET SI*bi* — Puteolis rep., nunc in R. Mus. Neap. Ignarra, de phratriis p. 154; Mommsen, I. N. 2501. A lateribus hinc tripus, illinc fasces. De tripode quindecimvirum signo cf. ad n. 5957.

§. 11. FETIALES.

N. 2273, corr. Marin. I. A. n. XLIX, p. 54|: v. 1. Q . IVLIO; v. 10. THIC; AVGVSTOR.

N. 2274, corr. Kellerm. Vig. 248: v. 1. M . SERVILIO Q F HO*r* ‖ FABIANO cet.; v. 9. PROVIN; PRAE*t*; v. 13. HONORATV*s*; v. ult. LEG I . . . . . ‖ . . . . ‖ . . AMICo . . . . Exstat in Mus. Vat., ubi vidi.

N. 2276, v. 2. PRAEF sic.; v. 9. LATINI sic.; v. 11. MARTIAL; v. 13. TR.; praeterea versus minus recte divisi, ac varia litterarum altitudo neglecta ab Orellio; Mommsen, I. N. 2211. De rebus cf. A. W. Zumpt, de Lavinio et Laurentibus Lavinatibus cet. Berolini 1845, ubi quae minus recte disputata mihi videbantur, in Eph. litt. Ienensibus (1847, n. 60 sqq.) exposui.

6019. Q . LICINIO · · · · · ‖ MODESTIN*o* · · · · · · ‖ LABEONI · XV*viro s · f* · ‖ FETIALI · CONSVL*i* · · · · ‖ PRAEF · AERAR · · · *cur* ‖ VIAE · SALARIAE · *pr · trib* ‖ PLEBIS · QVAESTO*ri prov afri*‖CAE · XVIR · STILITI*bus* [1]) *iud* ‖ SODALI · · · · · · ‖ ALBANI *longani* ‖ BOVILLENS*es* — Reperta esse videtur Bovillis; exstabat olim Velitris in Mus. Borgiano. Riccj, *Albano* p. 103.

1) Sic apud Riccium legitur.

6020. T · MARCIO · III · · · · · ‖ SACERDOTI · FETIALI *trib* ‖ LEG · XIIII · GEM · *quaest* · PROVINCIAE · ACAIAE · A*b* · *act* ‖ SENAT · AED · CVR · PRAET · · · ‖ CVRATORI · VIAE · LATINAE · *leg* ‖ LEG · II · AVG ‖ GRANIA · TERTVLLI*ana* — Tibure. Cabral e del Re, *Ville di Tivoli* 123.

§. 12. REX ET REGINA SACRORVM.

N. 2280, v. 1. 2. male a Donatio additi: desunt enim apud Murat.

N. 2281, v. 3. PONTIFICVM P . R . II . . ‖ — Vidi ipse in aedd. Matthaeiorum. Quattuorviri igitur in lapide legebantur, qui Bovillensium magistratus erat; cf. 2252. De *fictoribus* cf. Varronem, L. L. VI, 3, et Serv. ad Aen. II, 116; IV. 512.

§. 13. AVGVRES.

N. 2284, v. 2. Q . FL.; Mommsen, I. N. 4036; cf. Or. 3162 et 6481. De Mavortio v. doctissime disputantem Borghesium apud Gervasium, *Mavorzio Lolliano* p. 14 sqq.

N. 2285, v. 3. in. AVGG . NN (pro IN CONSIST); v. 8. SÀLIO (pro MIN); v. ult. DIGNISSIMO; Mommsen, I. l. 4550, Dionysiam et Amadutii schedas Savignanenses secutus. Quae varie ab aliis leguntur, de consilio omitto.

N. 2290, quam ob rem ad augures referatur, mihi certe non liquet. Orellius quidem Muratorii opinionem secutus esse videtur, sed recte iam Furlanettus titulum nihil ad sacra pertinere docuit; *Lap. pat.* p. 112.

N. 2293 exstat in villa Bosia, nunc Brenda, inter viam Flaminiam et Salariam veterem II m. p. ab Urbe, ubi ita eum exscr. de Rossi:

L . FONTEIVS . FLAVIANV .
HARVSPEX . AVGG . C . .
PONTIFEX . DICTATOR
ALBAN . MAG . PV . . . . .
HARVSPICVM . OI . . . .
HARVSPICVM . LX . . . .

6021. *q · pompeio · q · f · rufo* ‖ *l* · CoRNELIO · L · F · SVLLA · *cos* ‖ POST R C AN ÐC*lxvi* (?) ‖ L SEMPRONIVS L F ATRA*tinus cooptatus* ‖ CN · DOMITIO M F CAL*vino · ii* ‖ C · ASINIO CN F POLLION*e* · *cos* ‖ L CORNELIO L F BALBO P CA*nidio · p · f · crasso · suf* · ‖ POST R C ANN ÐCCX*iv* ‖ P · PETRONIVS P F · · · *cooptatus* ‖ Q · CAECILIO CRETICO M · F · *silano a licinio nerva siliano cos* ‖ POST R C AN ÐCC*lx* ‖ DECVRIA II · · · · ‖ M CORNELIVS M *f* · · · *cooptatus* [1]) ‖ · · · · · · · · · — Romae. Cardinali, *Memorie romane* II, p. 86; Fea, *Fasti* n. 10. Cf. Borghesi, *Ann. Inst. arch.* 1849, p. 52.

1) Borghesius (*Oss. numism. Decad.* VII, *oss.* 7.) hoc fastorum sacerdotalium fragmentum ad augures pertinere eo probavit, quod in nummis Antonii triumviri augur commemoratur L. Sempronius Atratinus. Mercklinius deinde (*Cooptation*, p. 217.) in primo versu alterum Sullae consulatum legendum proposuit, ante annum 673, quo quindecim augures a Sulla facti sunt, decurias eorum non fuisse ratus. At minus bene v. cl. decuriarum rationem intellexit; in collegio enim augurum aliisque quibusdam collegiis sacerdotalibus tot decuriae erant, quot sodales eorum; cf. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 135; Grut. 300, 1 et nostros nn. 6047. 6058. Diiudicari igitur nequit, utrum prior, an alter consulatus Sullae ab initio fragmenti commemoratus fuerit. — Ad idem collegium augurum pertinent Grut. 300, 1 et Fabr. 494, 188 = Mur. 350, 2; cf. Borghesi, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 158.

6022. *de se*NATVS ‖ *s*ENTENTIA ‖ IN · MVNERIBVS ‖ FABIAE · PASSIENI ‖ SATVRNINI ‖ AVGVRIS AVGVSTI — Inter rudera Tusculi. Amatius misit Borghesio.

6023. C · PASSIENIO · C · F · SCAP · ‖ COSSONIO · SCIPIONI ‖ ORFITO · C · V · AVGVRI ‖ PVBL · P · R · QVIR · ADLEC ‖ INTER · PATRIC · PRAE*t* ‖ CANDID · CVR · R · P · S*u*‖TRINORVM · Q̄ · VRB ‖ · X̄ · VIR · SCLIT [1]) (sic) · IVD ‖ SEVIRO · EQVIT · ROM ‖ POPVLVS · AERE · CONL · D · D — Grumenti. Mur. 728, 2; corr. Mommsen, I. N. 314.

1) i. e. *Senatus Consulto LITibus.* MOMMSEN.

§. 14. HARVSPICES SORTILEGI.

N. 2291, Murat. l. l. eumque secutus Mommsenius, I. N. ind. cognom. Romae tribuunt.

N. 2300, cf. n. 5984.

N. 2303: vidit Petrinius, *Mem. di Palestrina* IV, 44. De praefectura fabrum pluries repetita cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 46 sq. Nihil igitur obstat, quo minus pro genuino titulus habeatur.

N. 2304: hic quoque titulus, si sortilegum acceperis, nihil suspecti habet, nisi quod sola schedarum Barberinarum fide nititur.

6023 a. M · VALERIO · M · F ‖ QVIR · BASSO ‖ TRIB · MIL · LEG · III ‖ CYRENEICAE ‖ SCRIB · Q · VI · PRIMO ‖ HARISPIC · MAXIMO [1] ‖ TESTAMENTO · FIERI ‖ IVSSIT · SIBI · ET · FRATRI · SVO ‖ HS · L · M · N · ARBITRATV ‖ HEREDVM, et:

6023 b. M · VALERIO · M · F ‖ QVIR · SATVRNINO ‖ TRIBVNO ‖ MIL · LEG · III ‖ CYRENEICAE ‖ HARISPICI · MAXIMO [1] — Cippi marmorei in fundo *S. Agata de petra aurea*, qui et *Coazzo* dicitur, in via Nomentana circa VII. m. p. ab Urbe sito prope rudera villae cuiusdam antiquae nuper effossi. Ed. P. H. Visconti, *Giornale di Roma* 1854, n. 155, p. 645.

1) Haruspices maximos, quod equidem sciam, ex his primum titulis cognovimus. Eos autem ordini haruspicum praesedisse, ipso eorum nomine videtur constare.

6024. AI [1] ‖ TIB · ADN · SEQVENS ‖ PRO · SALVTE · SVA · ET · SEN ‖ · · · CETAE · CON‖*iugis* · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · ƆRVM ‖ T · SATVRNIN · AVRELIVS ‖ PRO · SALVTE · SVA · ET ‖ IVNIAE · LVCILIAE ‖ CONIVG · ET · TITI · AVR ‖ APOLLINARIS · FILI ‖ HARVSPICIB · COL · D · D — Mogontiaci. *Rhein. Jahrbb.* I, p. 84, 8.

1) Litterae supra titulum positae quid significent, parum liquet.

6025. Q · LARTIO · L · F · RVFO ‖ HARISPICI · $\overline{VI}$ · VIRO ‖ Q · LARTIO · Q · F · SIMPLICI ‖ HARISPICI ‖ CICEDIA · Ɔ · L · SPERATA ‖ SIBI · VIRO · FILIO · ET ‖ LARTIAE · ABALE · LIB ‖ V · F — Faventiae. V. Mommsen.

6026. D M ƎT M [1] ‖ GF [2] SABINI CAM‖PANI TEANENSIS ‖ EQ R HARVSPICI ‖ SVI TEMPORIS SIN‖GVLARI Q V AN LVIII ‖ M V D V GF [2] SABINIA‖NVS FIL PATRI RARIS‖SIMO ET AMANTIS‖SIMO SIC SIBI FIERI ‖ ANTEQVAM DECE‖DIT REBVS VMANIS ‖ IPSE MANDAVIT — *Poitiers. Mémoires de la Société des Antiquaires de l'Ouest, année* 1843, p. 53.

1) l. ET *Memoriae*; cf. 3694. 2) Fortasse G . *Flavii*?

§. 14. SACRA ISIACA. FANATICI.

N. 2306, v. n. 6029.

N. 2315, v. 2. SACROR; Cavedoni, *M. Modenesi* n. XII.

6027. ISI ET SERAPI SACRVM ‖ Q · FABIVS TITIANI LIB INGENVVS SEVIR ‖ AVGVSTALIS FAB CANDIDA SACRORVM S · P — Regii. Logoteta, *tempio di Iside e Serapide*; Mommsen, I. N. 1.

6028. CN · HELVIVM ‖ SABINVM · AED ISIACI ‖ VNIVERSI · ROG — et: M · CVSPIVM · PANSAM ‖ · · · POLYBIVS · NATALIS · CLIENS · CVM · ISIACIS · ROG — Pompeiis, scr. in pariete. *Bull. Nap. n. s.* 1853, p. 151 et p. 177.

6029. D · FABIO · D · FILIO · PAL ‖ FLORO · VERA*n*O [1] ‖ SACERDOT · SANCT REGIN [2] ‖ IVDICIO MAIESTATIS EIVS ‖ ELECTO ANVBIACO PRIMA ‖ [DEC · LAVR · VIC · AVG · QVATTER

VI][3]) ‖ NAVICVLARIO · V · CORPOR ‖ LENVNCVLARIORVM OST ‖ HONORIB · AC · MVNERIB · ‖ OMNIB · FVNCT · SODALI ‖ CORP · V̄ · REGION · COL · OST ‖ HVIC · STATVAM · FLAVIVS · ‖ MOSCHYLVS V · C · ISIACVS ‖ HVIVS · LOCI · MEMOR · EIVS ‖ SANCTIMONIAE CASTITAT ‖ TESTAMENT · SVO COSTITVI (sic) ‖ AB HEREDIB · SVIS · IVSSIT · ‖ PATRONO · MVNDITIARIO ‖ · · · · · · · [4]) ‖ L D D D P — OB HONORE (sic) QVO DIE SACERD F*i* · [5]) ‖ DEDICAT · XVII KAL A · · · [6]) ‖ TER ET SEMEL COS [7]) ‖ LOCVS · DATVS A IVLIO ‖ FAVSTINO PONT · VVLK ‖ AED SACRAR · [8]) PERMISIT ‖ ACT · · · · · FL · MOSCYLI (sic) ‖ SVB QQ · C · P [9]) ‖ Q · VETVRI FIRMI FELICIS ‖ SOCRATIS ET ‖ L · FLORI EVPREPETIS ‖ OB CVIVS DEDICATIONE DEDIT DECVRIONIBVS ✶ III ‖ CVM OFFICIO BASILICES — Romae, in Mus. Capitol., Ostiae, ut videtur effossus. Mur. 158, 1; Guasco n. 390 et 72. Monumentum litteris quidem grandibus exaratum, sed in aliquot locis satis detritum et in alto collocatum haud exiguo labore ipse descripsi cum Philippio.

1) VERAIIO in lapide legi, unde probabiliter videtur effici posse quod supra posui. 2) Intellige *Isidis*. 3) Quae uncis inclusi, in litura reposita sunt. 4) Mur. B. M, quae nunc desiderantur. 5) SACERD. FA*ctus est*. 6) KAL*endas Augustas*, vel A*priles*. 7) Consulatum intellige Severi III et Garacalli, a. 202 = 954. 8) Cf. n. 2154. 9) SVB Q*uin*Q*uennalitate censoriae potestatis*.

6030. DIS · MA*nibus* ‖ TELEGENIAE · L · *l* · · · · ‖ SACRORVM ‖ C · TERENTIVS · ANTH*us* · *coniugi* ‖ SVAE · CARISSIMAE — Romae, in horreis Musei Vaticani. Vidi cum Mommsenio.

§. 16. RELIGIONES MATRIS DEVM MAGNAE IDAEAE. TAVROBOLIA. CRIOBOLIA.

N. 2326, v. 4. ET ARAM TAVROBOLATAM; v. ipse in Mus. Vat.; corr. quoque Osann, Sylloge p. 453, CLXVI, sed scripsit SACERDOTES, ut recentiori manu adiunctum in lapide legitur.

N. 2327, v. corr. n. 6033.

N. 2328, v. 3. COL. LIB. IANVARI*a*, certa coniectura corr. Mommsen, I. N. 1399; v. 8. TERENTIA corr. idem ex n. 2329.

N. 2329 ad Beneventum pertinet.

N. 2332, v. 2. fortasse CRIOB? — Not. 3. XV*virali*, sc. sacerdote, ut in N. 2333, quem vide corr. ad N. 2396.

N. 2336, v. 1. supple L. IVLIO V*rso serviano iii*, cos. a. 133 (cf. Borghesi, *Bull. Nap.* III, p. 98.); v. 2. NON O*ct*; v. 3. ECITIVM; v. 5. DEA*e*.

N. 2338, in. D. M. Titulum Aquileiae repertum esse ibique in monasterio *delle Vergini* asservari docemur *Istria* V, p. 204.

6031. : : : : : : : : : : : ‖ : : : : : : : : : : [1]) ‖ NVMINB · AVG TOTIVSQVE ‖ DOMVS DIVINAE ET SITV [2]) C C C ‖ AVG LVGVD ‖ TAVRIBOLIVM FECE‖RVNT DENDROPHORI ‖ LVGVDVNI CONSISTENTES ‖ XV · KAL · IVLIAS ‖ : : : : : : : : : : : : : : : : : : ‖ MARCO SVRA SEPTIMIANO ‖ COS [3]) EX VATICINATIONE ‖ PVSONI IVLIANI ‖ ARCHI‖GALLI [4]) SACERDOTE ‖ AELIO CASTRENSE ‖ TIBICINE FL RESTITVTO ‖ HONORI OMNIVM ‖ CL SILVA-

NVS PERPETVVS ‖ QVINQVENNALIS INPEN‖DIVM HVIVS ARAE REMISỈ ‖ L D D D — Rep. Lugduni 1821. *Mémoires des Antiquaires de France* V, p, 87; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 21, p. 31.

1) Nomen Commodi Augusti abrasum est. 2) Pro *situ* in ceteris eius generis monumentis Lugdunensibus *statu* legitur; cf. 2322. 2325. 6032. 3) A. 190. Cf. *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 159; Mar. Arv. p. 166. 167. 4) Cf. Grut. 30, 2.

6032. PRO SALVTE IMP L SEP‖TIMI SEVERI PERTNA‖CIS AVG ET *d · clodi septimi albi*Ni *caes* ‖ DOMVSQ DIVINAE ET STA‖TV C C C AVG LVG TAVROBO‖LIVM FECERVNT AVFVSTIA ‖ ALEXANDRIA ET SERGIA ‖ PARTHENOPE EX VOTO ‖ PRAEEVNTE AELIO CASTREN‖SE SACERDOTE TIBICINE FL ‖ RESTITVTO INCHOATVM EST ‖ SACRVM VII IDVS MAI CON‖SVMMATVM V ID EASDEM ‖ IMP L SEPTIMIO SEVERO PERTNAC AVG *ii* ‖ *d clodio septimio albino caes* ‖ II COS [1] ‖ *l* D *d d* — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 22, p. 33.

1) A. 194.

6033. MATRI · DEVM ‖ TAVROPOLIVM · INDICTVM ‖ IVSSV IPSIVS ET STIPE CONLATA ‖ CELEBRARVNT PVBLICE NARBON · · · — Narbone, ex mss. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 69. Est iam 2327.

6034. C · IVLIVS · EPAE‖NITVS · [1] RELGI‖OSVS · SIBI · ET · L · RAIO · FELICI · ‖ SACERDOTI ‖ MATRIS · DEVM ‖ B · M · P · ‖ POSTERISQ ‖ SVIS — Larini. Mommsen, I. N, 5204.

1) Corr. EPAENeTVS.

6035. AGER ‖ RELIGIOSORVM ‖ C · IVLIVS · AQVILI‖NVS · PORTICVS · ET ‖ SEDILIA · DE · SVO · EXSTRVXIT — *Marani*, prope Puteolos. Op. cit. 2556.

6036. Cum *hierocerуce* fortasse conferendus est *hierosalpistes*, quem in titulo sequenti reperire mihi videor: D M ‖ PHILOTAS TALLI [1] ‖ EROSALPISTES ‖ LAMEDON ‖ FILIVS · FECIT · ET · ‖ ROMANA · FILIA — In horreis Musei Vaticani vv. Mommsen et ego.

1) Nomen domini.

6037. · · · · · · · · ENIO · C · FIL ‖ FATALI ‖ CAESARIENSIS ‖ ANTISTI · SANCTISSIMI ‖ NVMINIS · MATRIS · DEVM ‖ DENDROPHORO ‖ DIGNISSIMO — Iuliae Caesareae (*Scherschel*). *Mém. des Ant. du midi de la France* IV, p. 207.

§. 17. SACRA ET MYSTERIA MITHRIACA.

N. 2341, not. 1. *conductoris ferrariarum Noricarum.*

N. 2343 legitur quoque apud Mazocchium fol. 68 avers. (Grut. 303, 2), cuius apographum nonnulla continet minime spernenda, licet Pighianum apud Grut. 1087, 4 accuratius videatur esse confectum. E. g. v. 4. pro *Persica* Maz. PATRICA; v. 14. HIEROCORACICA. — Not. 6. fortasse recte C . P, *clarissimo Puero*?

N. 2344, v. 5. in. PR; Stälin, *Würt. Gesch.* I, p. 49, n. 175.

N. 2353, v. 7. P . M, *pontifex maior*, ni fallor; cf. 2551. v. 8. fortasse corr. TAVROBOLIATVS.

N. 2354, v. 4. QVINDECEM; in inscriptione lateris sinistri: FEBR.

6038. M · AVRELIVS ‖ AVG · LIB · EVPREPES ‖ SOLI · INVICTO · MI‖THRAE · ARAM · ‖ EX VISO · POSVIT · ‖ PROSIDENTIBVS · BI‖CTORINO PATRE · ET · IA‖NVARIO · DEDICATA ‖ IIII · NON · IVNIAS · L · EGGI‖O · MARVLLO · ET · GN · PAPI‖RIO · AILIANO (sic) · COS · [1]) — Romae, in Mus. Vat., ubi exscripsi.

1) A. 937 = 184.

6039. INVICTO · MITHRAE ‖ APRONIANVS · ARKAR ‖ REI · P · D · D ‖ DEDICATVM · VII · K · IVL ‖ MAXIMO · ET · ORFITO · COS [1]) ‖ PER · C · ARENNIVM · REA‖TINVM · PATREM[2]) — *Pace* in territorio Aequiculano. Ann. Inst. Arch. 1834, p. 112. I. N. 5705.

1) A. p. Chr. 172. 2) Bunsen legit PATR PA, *patrem patrum*, sed ex apographo Rossiano Kellermannus correxit PATREM, haud facile pro *patrum* PA scribi posse ratus.

6040. *ΜΗΤΕΡΙ ΤΗ ΠΑΝΤΩΝ ΡΕΙΗ ΤΕΚΕΩΝ ΤΕ ΓΕΝΕΘΛΩ ‖ ΑΤΤΕΙ Θ ΥΨΙΣΤΩΙ ΚΑΙ ΣΥΝΙΕΝΤΙ ΤΟ ΠΑΝ ‖ ΤΩ ΠΑΣΙΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΘΕΜΕΡΩΤΕΡΑ ΠΑΝΤΑ ΦΥΟΝΤΙ ‖ ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΗΔΕ ΤΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ ‖ ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΣ ΤΕΛΕΤΩΝ ΤΟΥΤΟΝ ΣΥΝΘΗΚΑΤΟ ΒΩΜΟΝ ‖ ΔΩΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΘΕΙΟΝ ΕΧΩΝ ΕΠΙΚΛΗΝ* — PETRONIVS · APOLLODORVS · V · C ‖ PONTIF · MAIOR · XV · VIR · SACR · FAC ‖ PATER · SACR · DEI · INVICTI · MITHRAE ‖ TAVROBOLIO · CRIOBOLIOQ · PERCEPTO ‖ VNA · CVM · RVF · VOLVSIANA · C · F · CON‖IVGE · XVI · KAL · IVLIAS · $\overline{DD}$ · $\overline{NN}$ ‖ VALENTINIANO · ET · VALENTE · AVGG · III · COSS [1]) ‖ ARAM · DICAVIT — Romae. Grut. 28, 1; cf. C. I. Gr. 6012, b.

1) A. 370.

6041. Novissimum, quod huc usque innotuit, superstitionis paganae monumentum tabula vitrea est, longa palmos $2^1/_2$, alta p. $1^{10}/_{12}$, Romae quidem reperta, sed in Museum Oliveriorum Pisaurensium translata, qua cultum Mithrae et Matris Deum Magnae coniunctum et confusum optime cognoscimus. In ea sacrificium repraesentatur Mithriacum, plurimis eius cultus insignibus circumdatum. A cuius dextra in columna quadam haec leguntur: DEO MAGNO ‖ MITHRAE ‖ POLLENTI CON‖SENTI LARI ‖ SANTO SVO ‖ M · PHILONIVS ‖ PHILOMVSVS ‖ EVGENIANVS ‖ DELIBVTVS ‖ SACRATISSIM(S) ‖ MISTERIIS PER ‖ OIA [1]) PROBATIS‖SIMVS QVI ET ‖ ARCANIS PER‖FVSIONIBVS ‖ IN ÆTERNVM ‖ RENATVS TAV‖ROBOLIV CRIO‖BOLIVMQVE ‖ FECIT ET BVCSI [2]) — In corpore tauri: ABSOLVIT ‖ K MART ‖ AGRI A‖CERESI PA [3]) ‖ ET PONT ‖ SC TAC [4]) ‖ DEI MAGN — et: FA · SIMMA COSS [5]) — *Olivieri, di alcuni antichità cristiane conservate in Pesaro nel Museo Olivieri*, *Pesaro* 1781, 4, p. XXVII (aeri incisa).

1) Expl. O*mn*IA. 2) De his mihi certe non liquet [num BVC*ranium* SI*gnavit*? quod certe solent exhibere lapides tauroboliorum. Mommsen.] 3) PA*tris*, sc. sacerdotis Mithrae. 4) Fortasse *Sa*C*ris f*AC*iundis*? [vel *Agrii Aceresii patris et pontificis sacerdotio, tactus dei magnitudine*? Mommsen.] 5) Corr. TA, i. e. Tatiano et Symmacho cos., a. 391.

6042. *vi*NCENTI · HOC · O*ro ne in*QVETES · [1]) QVOT · VIDES · PLVRES ME · ANTECESSERVNT · OMNES · EXPECTO · ‖ MAN-

DVCA VIBE LVDE E BENI AT ME · CVM VIBES · BENE FAC · HOC · TECVM FERES · ‖ NVMINIS · ANTISTES · SABAZIS · VINCENTIVS · H*ic est* *q*VI SACRA · SANCTA ‖ DEVM · MENTE PIA · C*olu*I*T · — Romae in Via Appia, inscriptio picta in hypogaeo cum coemeterio D. Praetextati coniuncto, male olim descripto a Bottario, *Roma sotterranea*, t. III, praef. et p. 1, 192, 188, 111, paucis vero abhinc annis denuo reperto et nunc egregie illustrato a P. Raph. Garrucci, *tre sepolcri con pitture ed iscrizioni appartenenti alle superstizioni pagane del Bacco Sabazio e del persidico Mitra* ecc. *Napoli*. 1852, 4, cum 6 tabulis aeri incisis; cf. Bull. Inst. Arch. 1853, p. 87 sqq. — Infra titulum hic propositum sex figurae visuntur discumbentes varii sexus et aetatis, quibus pueri dapes apponunt: supra eas scriptum legimus BONORVM · IVDICIO · IVDICATI, uni autem nomen VIBIA adiunctum est. Eandem Vibiam ANGELVS BONVS per portam arcuatam in convivium inducit (INDVCTIO · VIBIES). In alia pictura habes repraesentationem raptui Proserpinae similem, Plutonem videlicet mulierem abripientem et Mercurium, qui quadrigae eius antecedit; adscriptum autem est: ABREPTIO · VIBIES · ET · DISCENSIO. Porro alterum convivium habemus hominum septem, quorum tres pileum Phrygii similem capite gestant, quique SEPTE · PII · SACERDOTES dicuntur; unus autem eorum VINCENTIVS ille est, quem in titulo supra proposito commemoratum vidimus. Sequitur pictura, in qua DISPATER· et ABRACVRA·, i. e. Proserpina, in alto suggestu sedent, cui a dextra tres figurae adstant una barbata, feminae aliae (FATA · DIVINA), a sinistra vero advenit Mercurius (MERCVRIVS · NVNTIVS), duas mulieres inducens, quibus nomina VIBIA et ALCESTIS addita sunt. In duabus aliis eiusdem hypogaei cellis aliae exstant picturae ad cultum Mithriacum spectantes inscriptionibus carentes praeter unam, in qua hae tituli reliquiae leguntur: D · M · ‖ M · AVR · · · · · · · · · · · S · D · S · I · M [2]) ‖ QVI BASIA *v*OLVPTATEM · IOCVM ALVMNIS · SVIS · DEDIT · ‖ VT LOCV [3]) · · · · · · · · · · · · · · E ET NATIS ‖ SVIS ‖ · · · · · · · · · · · · · · · EN · LOCVS · CARICI · ‖ · SO PROLES <<<

1) Sic proposuit de Rossi, Bull. l. l., Garruccius minus bene, ut mihi quidem videtur, HOC O*stium* QVETES pro *quietis*. 2) *Sacerdos Dei Solis Invicti Mithrae*. 3) De Rossi l. l. dubitat, num primae versuum 2 et 3 litterae re vera ita legi possint, et pro SIA in voce BASIA scribendum putat esse SVA.

6042a. DICATVS · V · ID · SEPT · [ANTONINO ·] AVG · II · ET SACERDOTE II · COS [1]) ‖ N · S · S · I · M [2]) DVO ‖ GESSI · CASTVS ‖ ET · SEVERVS · SIMV‖LACRVM · EXORNA‖TVM · VOTO · POSV‖ERVNT ‖ PROSEDENTE ‖ C · PROPERTIO · AVGVRINO · SACERD — Sentini rep., nunc penes Ramellium Fabrianensem. Ramelli, *Monumenti mitriaci di Sentino*, *Fermo* 1853, p. 20.

1) A. 219. Elagabali nomen scalpro deletum est. 2) *Numini Sancto Solis Invicti Mithrae*.

6042b.

CVLTORES . D . S . I .[1]) MITHRAE

PATRONI[2]) · PROSEDENTE · C · PROPERTIO · PROFVTVRO

COIEDIVS · PROCVLVS	POMPON · VICTOR	RANTIF · VERVS
LIGVRIVS · THEODOTVS	STATIVS · VELOX	CAESONI · DEXTER
MVSSIVS VINDEX	VASSIDEN · VERVS	IANVARIVS · SENT
COIEDIVS · HILARINVS	HELVENAT · CELER	AELIVS · YLAS
SENTIN · PATER LEONVM IANVARIVS[3])	CARFAN · ACHILLE	COIED · PAMPHILVS
TITIVS · CASTOR	CASIDIVS · RVFIN	ADVREN · THESEVS
POMPEIVS POMPEIANVS	ANTIST · BENIGN ·	COIED · AVXAIoN
GESSIVS · OPTABILIS	AETRIVS · IRENÆVS	
LIGVRIVS · CLEMENTINVS	HELVEN · GEMELLIN ·	
PLOTIVS · FORTVNATVS	SENTIN · VALENTIN	
LICINIVS · FAVSTVS	IVLIVS · VICTORIN	
AETRIVS · ROMANVS	· · ICIL · SOZOI · · · ·	
ASINIVS · COMMO*dus*	· · · · Iii · · · · · · · · ·	D X MENESTERIO
VISENN · QVINQV · · · · · · · · · · · · · · · ·		C · SEVIO · FELICE ·

Ibd. l. l.

1) *Dei Solis Invicti.* 2) Nota cognomen *patroni* deo Mithrae datum. 3) *Pater leonum* novum in cultu Mithriaco officium est; cf. tamen *patres patrum*. Fortasse singulis initiatorum classibus singuli patres praepositi erant; l. l. p. 24.

§. 18. SACRA BACCHICA. MYSTERIA.

6043. · · CLAVDIO · M PERPENNA · COS ·[1]) MENS · QVINC · MVSTE · DIEI[2]) CL · LVVCEIVS · M · F · LEG · P · LIVIVS · M · L · PAL ‖ M · LVVCEIVS · M · L · ARTEMIDORVS ‖ Q · HORTENSIVS · M · L · ARCHELAOS — In monte Atho. Ex cod. ms. Vat. 5250, quo iter describitur anno 1440 per Graeciam factum, communicavit Borghesius cum Mommsenio, hic cum Ritschelio, qui edidit in libello inscripto: *Monumenta epigraphica tria* cet. Berolini, 1852, 4, p. 28. Recognovit nuper codicem Brunnius, cuius exemplum hic proposui.

1) A. U. 662 = 92 a. Chr. — Praenomen Claudii deest, nisi, id quod mihi quidem probabile, littera C nominis CL initio versus 2. positi ad primum potius tituli versum pertinet, in altero autem versu L . LVVCEIVS legendum est; sed cf. titulum sequentem. [Quem accipio ego de fratribus Gaio Lucio Luceiis. Mommsen.] 2) Ritschelius quidem Mommsenium secutus pro MVSTE . DIEI legendum esse credit MYSTERIEIS. Quum vero punctum inter litteras E et D Brunnius in codice detexerit, nec litterae R et D ita facile confundantur equidem interpretor *mystae die prima*, ad singulas mysteriorum dies certos quosdam mystas pertinuisse ratus. — Et *mysten* quidem in altera quoque inscriptione habemus, eodem loco exstanti, quam ex eodem codice Brunnius exscripsit:

6044. CL · LVCCI · C · F · EQ ‖ C · MISPIVS · MVSTE ·

§. 19. SODALES TITII. AVGVSTALES. CLAVDIALES. FLAVIALES. TITIALES. HADRIANALES cet.

N. 2364, male ab Orellio ex variis exemplis Gruteriano, Doniano, Muratoriano desumptus, quamquam accuratissime a Smetio descriptus apud eundem Gruterum 270, 2 legitur, cuius exemplum codice Rigazziano Ariminensi confirmatur, quo paullo plenius monumentum exhibetur: *imp . caes* . VESPASIANO . AVG ‖ PONTIFICI . MAXIM*o* ‖

TRIBVNIC . POTESTAT . *ix* || IMP . XVII .[1]) P . P || COS . VIII . DESIG . VIIII .[2]) CENSORI || CONSERVATORI . CAEREMONIARVM || PVBLICARVM . ET || RESTITVTORI . AEDIVM . SACRARVM || SODALES . TITI — Romae, in D. Martinae ad Marforium. Cf. exemplum Poggii Florentini nuper a v. cl. de Rossi publici iuris factum (*le prime raccolte d'antiche iscrizioni*, p. 157), in quo minus recte tres versus priores uno versu leguntur et *pont . max . trib . pot .* scribitur, pro *caeremoniarum* autem errore haud dubio *aedium* exstat.

1) De hoc numero Smetius, Poggius, Cod. Rigazzianus consentiunt, contra Eckhelium (VI, p. 336), qui Vespasianum consulem designatum VIIII imperatorem XVIII et XIX fuisse docet; cf. eundem p. 343. 2) A. 78. — Ceterum eadem inscriptio est, quae male exhibetur n. 746.

N. 2369, v. 9. corrige Q . PR . PR, de quo honore cf. Borghesium, *Decad. num.* X, 5; nam male Orellius de *pro praetore* provinciae cogitat, quamquam imperatorum aetate legatos tantum et quaestores pr. pr. fuisse constat. — De nomine legionis XX. cf. ad n. 2054.

N. 2371, not. 2. si recte *Sevir Claudialis maior* explicatur, cf. nn. 3942 seqq.

N. 2373, v. 4. VN*i*V*s*; Mommsen, I. N. 1520.

N. 2375: *Bellicum*, neque *Bellicium* recte scribi, tabulis honestae missionis Galbae imperatoris docemur; cf. n 737; Card. *Dipl.* II. III. — Quae autem de quindecimviris Flavialium Orellius proposuit, omni probabilitate carent; *XVvir s. f.* fuit vir ille consularis, sodalis fortasse Flavialis, nec recte *Flavialium* in lapide legi mihi certe constat. [Lectio certa est et ita potest explicari, ut C. Bellicus dicatur *Flavialium*, scil. ex collegio. Similia exempla notavi ad inscr. Helvet. n. 223. MOMMSEN.]

N. 2376 a Borghesio, *Memorie dell' Inst.* p. 164, condemnatur.

N. 2377: ad eundem virum spectat n. 6192.

N. 2379, v. 12. CANDID; nunc exstat Florentiae in hortis *Boboli*. Not. 3. male Or.; expl. PR*aetori* HASTAR*io*; cf. n. 6453.

6045. De Sodalibus ad colendos Divos institutis egregie disputavit Borghesius (*Memorie dell' Inst.* p. 161 sqq.), ita singula collegia imperatorum gentibus addicta fuisse demonstrans, ut Augustales quidem et Claudiales unum efficerent collegium, Flaviales et Titiales alterum, tertium Hadrianales, Antoniniani, Veriani, Marciani, Aureliani, Commodiani, Helviani, Severiani, Alexandriani, quippe qui Divos colerent adoptione inter se coniunctos. Qui autem Aureliani vel Helviani dicebantur, eodem iure et Hadrianales appellari poterant; quoties enim imperator quidam defunctus inter deos relatus erat. novum sodalibus genti addictis nomen inditum est (cf. Capit. Pert. 15; Spart. Sev. 7); unde hoc quoque explicatur, quod Gallieni etiam aetate Hadrianalem commemoratum invenimus (3174; cf 3392), Hadrianalium vero monumenta multo plura quam Antoninianorum cet. nobis conservata sunt (l. l.). Neque tamen negat vir doctus, quamquam de Antoninianis cet. constet, de Hadrianalibus tamen dubitari posse; nam quum Sosius Priscus (Spon. p. 189; Or. 2761) *sodalis Hadrianalis*, *sodalis Antoninianus Verianus* dicatur, duo collegia indicata esse satis probabiliter aliquis affirmabit. Huic vero sententiae obstat fragmentum, quod postea (n. 6052) afferam, quo *sodalis Hadrianalis flamen Commodianus* appellatur; Romae enim flamines Divorum ex ipsis eorum sodalibus electos esse, de Augustalibus saltem certo scimus (cf. Or. 2366; 3064; Tac. Ann. I, 54), et male Orellius (ad n. 2368) distinguendos esse flamines Augustales a sodalibus Augustalibus proposuit. Quod autem de sodalibus Augustalibus constat, id de ceteris quoque collegiis affirmare licebit. — Sodalibus autem Augustalibus Claudialibus annui praeerant magistri; id quod fragmento inscriptionis docemur Bovillis reperto, nunc autem in hortis

Columnensibus Romae asservato, quod ipse cum Mommsenio recognovi, hic primus cum ceteris fragmentis omnibus, quae, ibidem reperta, ad sodales Augustales, Flaviales, Antoninianos pertinent, publici iuris fecit (*Ztschr. f. A. W.* 1845, n. 65, p. 513 sqq.; cf. Cardinali, *Memorie romane di antichità e belle arti* II, p. 307 sqq.):

6046. MAGISTERIA · SOD*alium* · *augustalium*
CLAVDIALIVM · AI *nua* 1)
IMP · ANTONINO · PIO · FELICE I*iii*
D · CAELIO · BALBINO · II
C · FABIVS · LVCILIANVS II
SEX · FVRNIVS · SVLPICIANVS · I
L · VALERIVS · PAETV S I
ANN CC 2)
MESSALLA · ET · SABINO · COS 3)
L · MANTENNIVS · SABINVS · III
L · INSTEIVS · TERTVLLVS I
L · LICINIVS · SABINVS
ANN C*ci*
C · IO . . . .

1) Borghesius, exemplo parum diligenter confecto in errorem inductus, supplevit AL*banorum bovillensium* (*Burbuleio*, p. 72); sed quae in lapide mutilo superest lineola litteram N ibi intercidisse clare demonstrat. Unde suo iure Mommsenius ANNVA legendum esse proposuit, quum ANTONINIANORVM, quod ipse olim scripsi (*Ztschr. f. A. IV.* 1848, n. 37, p. 290), parum sane cum voce antecedenti conspiret. Nam etiamsi omnibus eius generis collegiis unum quasi collegium magistrorum praefuisset, nihilo tamen minus Antoniniani eo loco commemorari non poterant, quum Flaviales ante eos laudari fas esset. 2) Annus scilicet institutionis collegii, qui quum consulibus designetur Caracallo IIII, Caelio Balbino II, ad ipsos sodales Augustales album pertinere patet. Hi enim Urbis anno 767 instituti sunt, ita ut annus eorum CC in annum Urbis 966 cadat, quo illi fasces gesserunt (Borghesi, l. l.). 3) A. 967 = 214. — Ex hoc fragmento deducere licet, ternos per singulos annos Augustalibus praepositos fuisse. Borghesius quidem senos magistros annuos fuisse censuit, ternis illis in lapide obviis ternos alteros in altera quadam columna oppositos fuisse ratus. Ita vero et anni collegii et consulum nomina supra nomina magistrorum collocata sunt, ut alteram columnam minime in lapide incisam fuisse appareat. Balbini saltem nomen eodem cum Antonino versu legeretur, si ad alteram quoque columnam consules pertinuissent.

6047. Cetera fragmenta ad fastos sodalium pertinent, in quibus anni non, ut in magistrorum fastis, inde ab institutione collegii, sed ab Urbe condita numerantur. Ex his unum proposuisse sufficiat melius ceteris conservatum:

U U
TE · II
AN · ƆCCCCXXXII ·
S · MAXIMV*s*
*C*OOPTAT ·
C · AVFIDIO · VICTORINO
AN · ƆCCCC · L · III ·
VERO ////////////// PIO · FEL · AV*g*
ELLO II 1)
I
PERIV

1) Nomen Alexandri Augusti deletum est. Hic anno 979 cum Marcello iterum consule ipse iterum fasces gessit. Quum igitur inde ab anno 932 usque ad annum 979 una tantum recenseatur cooptatio, nec credi possit, intra annos plus quam quadraginta unum modo sodalem mortuum esse, hos quoque sodales ex numero ipsorum in decurias distributos fuisse necesse est, ita ut numerus decuriarum cum sodalium numero plane conspiraret; cf. n. 6021 et n. 6057 seq.

6048. Q · PETRONIO · MELIORI · [1]) VIRO ‖ COS · CVR · R · P · TARQVINIENS ‖ ET · GRAVISCANOR · PRAEFEC‖TO · FRVM · DANDI · LEGAT · LEG · ‖ XXX · VLPIAE · CVRAT · PYRGENS ‖ ET · CERETANOR · LEG · LEG · ‖ VIII · AVG · PRAET · TRIB · PLEB · ‖ KANDID · QVAEST · PROV · NAR‖BON · QVAEST · SODALI · AVG · ‖ CLAVDIALI · SEX · VIR · TVRM · ‖ PR · TRIB · LATICL · LEG · PR · MIN · [2]) ‖ · X · VIRO · STLITIB · IVDICAND ‖ ORDO · ET · CIVES · TARQVI‖NIENSIVM · PATRONO · OP‖TIMO · QVOD · REM · P · FOVE‖RIT · ET · THERMAS · RESTI‖TVERIT — Tarquiniis. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 198; Ann. eiusd. 1832, p. 152; Kellerm. Vig. 246. In parte aversa fragmentum inscriptionis thermarum Tarquiniensium legitur; v. n. 6622.

1) Vixit circa aetatem Severi Alexandri; cf. Bull. l. l. p. 202; Gori, Inscr. Etr. I, p. 76. 2) LEG*ionis* PR*imae* MIN*erviae*.

6049. L · AEMILIO · L · F · CAM · KARO · CO*s* ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE · CAPPADOCIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR · CENSITORI · PROVINCIAE · LVGDVNENSIS ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE · ARABIAE ‖ CVRATORI · VIAE · FLAMINIAE · LEG · LEG · XXX · V · V ‖ PRAET · TRIB · PLEB · QVAEST · AVG ‖ TRIB · MILITVM · LEG · VIII · AVG ‖ TRIB · MILITVM · LEG · VIIII · HISPANAE ‖ X · VIRO · STLITIB · IVDIC ‖ SODALI · FLAVIALI · XV · VIRO · S · F · ‖ C · IVLIVS · ERVCIANVS · CRISPVS · PRAEF · ALAE · PRIMAE · VLPIAE · DACORVM ‖ AMICO · OPTIMO — Romae. Grut. 1025, 2, cet.; corr. Kellerm. Vig. 243. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

6050. Q · CA*m*VR*io* · · · *f* · *lem* ‖ NVMISIO · *iuniori* ‖ III · VIR · A · A · A · F · F · T*r* · *mil* ‖ LEG · VIIII · HI*sp* ‖ SODALI · TITIALI [1]) ‖ QV*ae*ST · VRB · AE*d* · *cur* ‖ P*r* · *le*G · AVG · LEG · · · · · ‖ ET · *leg* · VI · VICTR · · · · ‖ ET · *iu*NIOR · PATRI · · · · · · — Rep. Attidii, nunc Fabriani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 128, 1.

1) Sacerdotem Flavialem Titialem dedi n. 5494, sed municipii, quem cave cum sodali Titiali confundas.

6051. L · DASVMIO · P · F ‖ STEL · TVLLIO ‖ TVSCO · [1]) COS · COMITI AVGVST ‖ AVGVRI · SODAL · HADRIA‖NALI · SODAL · ANTONI‖NIANO [2]) CVRAT OPERVM ‖ PVBLICORVM LEGATO · PR · PR · PROVINCIAR ‖ GERMANIAE · SVPERIOR ‖ ET · PANNONIAE · SVPERIOR ‖ PRAEFECTO · AER · SATVRNI ‖ PRAETORI · TRIBVN · PLEB ‖ LEG · PROVINC · AFRICAE [3]) ‖ QVAEST · IMP · ANTONINI · AVG · PII ‖ TRIB MILIT · LEG · IIII · FLAVIAE ‖ TRIVMVIRO · A · A · A · F · F ‖ P · TVLLIVS · CALLISTIO ‖ POSVIT — Tarquiniis. Op. cit. 1830, p. 199; Ann. Inst. Arch. 1832, p. 152; Kellerm. Vig. 259; cf. n. 6622.

1) Borghesius (Bull. l. p. 202) filium eum fuisse docet Tullii Varronis (n. 6497), auctorem senatus consulti Dasumiani. 2) Cf. quae Borghesium secutus de Sosio Prisco initio huius paragraphi exposui. 3) i. e. legatus proconsuli Africae.

6052. . . . . . *adlecto inter* ‖ *patr*ICIOS A DIVO PERTI‖NACE · III · VIR · A · A · A · F · F ‖ *so*DALI · HADRIANALI · FLAMINI · COMMODIAN[1] ‖ *pol*YTIMVS · LIB · ET · PROC · PATRONO — Romae, in Mus. Vat. *Memorie d. Inst. arch.* p. 166. Vidi ipse.

1) Vide, quae de flaminibus Divorum deque collegiis sodalium Augustalium cet. antea disputata sunt.

6053. *imp · antonino · pio ·* FELICI AVG *iiii et* D · CAELIO · *balbino · ii · cos*
a · p · r · c · dccccxi · IIII · NON · MAI · IN · AEDE · DIVI · *pii · et · divae faustinae*
*ex lit*TERIS · IMP · ANTONINI · PII · FELI*cis · aug*
*et ex consen*SV · F ·[1]) L · EGNATIVS · VICTOR · LOLL*ianus · coopt*
*imp · antonino · p*IO · FELICE · AVG · ET · OCLATINIO · *advento · cos*
*a · p · r · c · dcccclx*X · PR · ID · IVL · IN · AEDE · DIVI · PII · *et · divae · faustinae*
*imp · caes · m · aureli*VS · (*antoninus* ·) PIVS · FELIX · AVG · *p · m · trib · pot · cos · p · p ·*
*pro · c*OS · EX · S · C · COOPTATVS
*grato · et · seleuco · c*OS · A · P · R · C · DCCCCLXXIII · VI · ID · IVL · IN A*ede · divi · pii*
EX S · C
m · aur · (alexandrum) NOBILISSIMVM · CAES · IMPERII · *her · cooptarunt*[2])
cn · cl (? [3]) · *se*VERO · ET · TI · CLAVD · QVINT*iano · cos*
*a · p · r · c · dcccclxx*XVIII · VIII · KAL · APRIL · IN · *aede · divi · pii · et*
*divae · faustin*AE
imp · caes · c · (iulius · verus · maximinus) pius felix · aug
*pont · max · trib · po*T · P · P · PRO · COS · EX · S · C · Cooptatus
imp · (c · iul · maximino ·) PIO · FEL · AVG · ET · M · *pupienio*[4])
*africano · cos · anno · po*ST · ROMAM · CONDITA*m · dcccclxxxix* . . . .
*(c · iulius verus maximus) germ*ANI*cus · nobilissimus caesar*
. . . . ERRA . . . . *ex · s · c · cooptatus*

— Rep. Romae sub Capitolio, anno 1824. Melchiorri, *Memorie romane* III, p. 91; corr. Borghesi, *Mem. dell' Inst.* p. 155 sq., cuius supplementa dedi. Litterarum formae quinque aetates diversas indicant; quae uncis inclusi, de consilio abrasa sunt. Fasti sunt sodalium Antoninianorum. De aeris Varroniana et Capitolina promiscue usitatis cf. Borgh. l. l. p. 207 sqq.

1) *Fratrum;* Borgh. p. 176. 2) Borghes. *cooptatum*; quum vero in aliis eius modi fastis *cooptaverunt* legatur (cf. n. 42 et n. 6058), hoc equidem scribendum esse censui. 3) Praenomen Severi desumpsi ex fastis sacerdotalibus n. 6058, nomen coniecturae Borghesii debetur; cf. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 133 sqq. 4) Restitui ex fastis sacerdotalibus modo laudatis.

6054. *marcelli*NAE · VICTORIAE ‖ L · SEXTIVS · L · *f* · BASILISCVS · AVG · CLAVD ‖ NOMINE · SVO · ET ‖ SEXTIAE T · F · IRENES · VXORIS · ET ‖ T SEXTI · FAVSTI · FILI ET ‖ SEXT*i*AE · MARCELLAE · FILIAE ‖ SOLO · SVO · INTER · QVATTVOR TERMINOS ‖ V · S · L · L · M — *Nella collina che da Torino tende a Chieri.* Bull. Inst. Arch. 1829, p. 205.

6055. L · STLANIO ‖ HOMVNCIONI ‖ IIIIIIVIR · AVG · ET — NERONIEN[1]) — Veronae. Maff. M. V. 190, 1; corr. Orti, qui aeri incisum dat in libro *antichi monumenti del giardino Giusti*, tab. IX, 5. — In adversa haec leguntur: V F ‖ STLANIA L L ‖ CYTHERIS ‖ SIBI ET ‖ STLANIO HOMVNCIONI ‖ IOSF XVIDOP —

1) Si recte ita in lapide legitur, sevirum habes Augustalem et Neroniensem.

6056. C · VALERIVS · Ɔ · L · SCEPTVS ‖ VI · VIR · AVG · FLAVIALIS · SIBI · ET ‖ VETTIAE L · F · ROMVLAE ‖ VXORI ‖ V · F — Aquis Statiellatibus, deinde in Mus. Taurinensi. Zaccaria, Excurs. litt. I, 50.

6057. Hic fastos adiungere liceat collegii cuiusdam sacerdotum, qui in aede Iovis propugnatoris convenire solebant. Eorum fragmentum ab Orellio receptum (n. 42) emendavit Borghesius (*Mem. de Inst.* p. 159), collatis codice Marconovano, eoque quem habuit Card. Canale, schedis praeterea Vaticanis Iacobi Lilii n. 5238, p. 4, et Achillis Statii in bibliotheca Vallicelliana asservatis, B. 104. Denique exemplum accuratissime confectum in codice Peruzziano Florentino Braunius repperit, cuius apographum a Borghesio mecum communicatum hic affero:

. . . .
PRAESENTE II ET CONDIANO COS *a · p · r · c · dccccxxxii*
P MARTIVS VERVS *cooptatus*
IMP COMMODO VI ET PETRONIO SEPTIMIANO COS A · P · R · C · ƆCCCCXLI*i*
ID · OCT · IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM P MARTI VERI
L · ATTIDIVS CORNELIANVS COOPTATVS
SATVRNINO ET GALLO COS A · P · R · C · ƆCCCCL · PR · ID · DEC
IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM
ATTIDI CORNELIANI VITA FVNCTI C · CL · PATERNVS
COOPTATVS
TI · CLAVDIO SEVERO C · AVFIDIO VICTORINO COS A . P · R · C · ƆCCCCLII
IIII ID · APR · IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS
IN LOCVM CLAVDI PATERNI VITA FVNCTI
· · · ATRIVS CLONIVS COOPTATVS
. . . . IN AED · IOV · PROPVGN · EX LITTERIS
. . . .

— Romae, in pavimento ecclesiae S. Martini ad Marforium.

58. Ad decuriam, ut ita dicam, imperatoriam eiusdem collegii fragmenta pertinent anno 1849 in ruderibus basilicae Iuliae , quae in Bull. Inst. Arch. 1849, p. 133 composui et restitui. artes superstites litteris maioribus indicavi, litteris vero minori- omina expressi de consilio deleta, minoribus inclinatis vocabula lita explevi. Ceterum aera Capitolina etiam in restituendis iis us usus sum, in quibus, titulum n. 6053 secutus, olim Varro- annos posui.

laterano · et · rufino · cos · a · p · r · c · dccccxlviiii · · · · ·
in palatio · in aede · iovis · propugnatoris · ex · s · c ·
m · aurellium · ANTONINVM · CAES · IMP · *destinatum*
cooptaverunt · SVPRA *numerum*
*praese*NTE · ET · EXTRICATO · II · COS · A P R C · ƉC*ccclxix · · · · maias*[1])
*in pal*ATIO · IN AEDE · IOVIS · PRO*pugnatoris · ex s · c ·*
imp · caes · m · opelium · severum · macrinum · *pium · fel · aug · pont · max*
trib · pot · p · p · pro · cos · cooptaverunt · *et*
m · opelium · antoninum · diadumenianum · *nobilissimum caesarem*
principem · iuventutis · supra numerum · *cooptaverunt*
IMP · CAES · M · AVRELLIO · antonino · PIO · FE*l · aug · et · oclatinio*
ADVENTO COS · A · P · R · C · ƉCCCCLXX · PR · I*d · iul · in palatio · in aed · iovis*
PROPVGNATORIS EX · S · *c*
*i*MP · CAES · M · AVRELLIVM · antoninum · PIVM · F*el · aug · pont · max*
*tr*IB · POT · COS · P · P · PROCOS · CO*optaverunt*
*gr*ATO · ET · SELEVCO · COS · A · P · R · C · ƉCCC*clxxiii vi · id · iul · in palatio*
*in ae*D · IOVIS PROPVGNATORIS · *ex · s · c*
m · aurellium · alexandrum · NOBILISSIMVM CAES · *supra num cooptaverunt*
CN · *cl* · ²) *se*VERO · ET · TI · CLAVDIO QVINTIANO C*os · a · p · r · c · dccccl xxxvii · viii · k · apr*
IN *palat*IO · IN AEDE · IOVIS · PROPVGNATORIS · EX · *s · c*
IMP · CAES · c · iuli*um* · verum · maximinum PIVM *felicem · aug · pont · max*
TRIB · POT · *p · p · p*RO · COS COOPTAVERV*nt*
imp · caes · c · iul · maxim*ino* · *a*VG · ET PVPIENIO · ³) AFRICANO · C*os · a · p · r · c · dccccl xxxviii*
*in palatio · in aede · io*VIS · PROPVGNATORIS *ex s · c*
c · iul · verum · maximum · germ · princ IVVENTVTIS · *supra num · cooptaverunt*
*betitio · ⁴) pio · et · pro*CVLO PONTIAN*o cos · a · p · r · c · dccccl xxxx · v · (?) kal · iun*
in palatio · IN AEDE IOV*is · propugnatoris · ex · s · c*
imp · caes · m · antonium · gordianum · africanum · aug · pont · max

Documentum ad septem annos diversos pertinens litteris quoque tam diversis exaratum est, ut prior pars scripturam satis bonam exhibeat, ultimi versus pessimas praebeant litterarum formas.

1) In supplendo diebus cooptationum de [illegible] sum, ac, quam diem, qua inter sodales Antoninianos et fratres Arvales Elagabalus cooptatus est (cf. n. 6053 et Henzen, Arv. XLI, 5), eundem fuisse videtur cum eo, quo in hoc quoque collegium [illegible]. praeterea autem ex ipsis fastis sacerdotalibus satis constaret, imperatorum cooptationes statim post susceptum imperium fieri solitas, [illegible] in omnia collegia imperatores allectos esse [illegible]. Cur vero cooptationis diem ex aliis fastis [illegible] non [illegible], circa initia imperii illam factam esse puto. 2) Ex coniectura Borghesii. Quae de collega Quintiano ab aliis disputata sunt, hoc fragmento refelluntur. 3) Nomen Popeani hoc loco primum legitur. 4) Ex coniectura Borghesii.

§. 20. APOLLINARES. MERCVRIALES. CONCORDIALES cet.

N. 2382, not. 2. MA, cognomen feminae: cf. Mommsen, I. N. 1523. 4232. 4572. 5795 cet.

6059. C · SESCENIO C · L | BITHO | APOLLINARI | VIX · ANN · XXXVII — Luceriae. Mommsen, I. N. 960.

6060. M · STAIO | M · ET · Ɔ · LIB | LYGDAMO | APOL · FIDeM | AVG · HS XV | STAIA | SABina — Ibd. id. 961.

6061. Q · ACVTIO · SP · F · OPTATO | FVLVIAE · QVARTAE · REGIENSI | C · GEMINIO · C · L · LEPIDO | P · REFRIO · GRATO · BONONIES | P · COSSVTIVS · ZETHI · L · BASSVS · AP | SIBI · ET · SPERATAE · LIB · SVAE | ET · AMICIS — In agro Mutinensi (*nel fiume Secchia, quasi dirimpetto alla chiesa di Marzaglia*). Cavedoni, *M. Modenesi* p. 198.

6062. HERCVLI EX VOTO ARAM | L · SCANTIVS L · LIB · MODESTVS · VI · VIR | AVG · MAG · LARVM · AVGVST · [1]) MAG · | CERIALIVM · VRBANORVM · L · D · D · D — a latere III · KL · SEPTEMBR — Histonii. Mommsen, I. N. 5238, cett.

1) *Augustales* et *magistros Augustales* s. *larum August.* diversos esse, hoc potissimum titulo evincitur; *cf.* n. 6093. 7089. et quae in Eph. archaeol. Bergkii 1848, *p.* 195, *ipse exposui.*

6063. . . . . | . . IATA · ANN · XX · MEN | VIII · DIES · VIIII | ABSTVLIT · VNA · DIES | ANIMA · CORPVSQ | SIMVL · ABSIT · ET · IN | CINERES · IACET · HIC | ADQVE · FAVILLA · SVPREMVM · MVNVS · MISERO · POSVERE | SODALES · FORTVNENses — Potentiae. Op. cit. 423.

6064. M · ANINIVS · CRESCEns | LOCVM · MILLE · P · · N · | AMICITIAE | HERCVLANIORVM | HERVIANI | · · · · · · [1]) — Venafri. Op. cit. 4609.

1) *Amicitiam pro collegio* dictam esse, Mommsenius docet; v. op. cit. indicem XXX. *Cf. n.* 5730.

6065. T · TREBVLANO | T · F · CAM · NEPOTI | HERC · AVG | T · TREBVLANVS · T · LIB · NEPOS · HERC | AVG · AEDIL ·

IVVENVM TIBVRI ‖ PVBLICIA · SATVRNINA · CONIVNX — Tibure. Giorn. Arcad. 1832, p. 325.

6066. L · SPEDIVS ‖ RHODINVS ‖ SODALIBVS SVIS ‖ MARTIALIBVS — Inter rudera Interpromii. Mommsen, I. N. 5332, ubi v. ceteros.

6067. C · LVCIVS · C · L · BITHVS ‖ MERCVRIALIS · VIVO ‖ VELLEIAE · Ɔ · L · PHILVMINAE ‖ QVID AD TE — Abellini. (*Atripaldae*). Op. cit. 1910; cf. 1908: MAG*ister* MERCVRIALIS, ibd.

6068. *s*EX · POMPE*ill*u*S · Ɔ · L · MAGNVS ‖ MERCVRIALIS ‖ V · A · LXV · H · S, et: C · OC*tavio c · l* ‖ PHILA*rgyro* ‖ MAG · MER · A*ugust* — Brundisii. Op. cit. 466. 465.

6069. L · TVRCIVS · DAFNVS ‖ AVG · MERC · SIBI ‖ ET · TVRCIAE · ATTICAE ‖ VXORI — Grumenti. Op. cit. 311; v. praeterea eiusdem Indicem XXVII.

6070. DIVO · AVG · SACR ‖ Q · SEXTILIVS · CORINTHVS · C · SEXTILIVS · SYNECDEMVS ‖ L · VIBIVS · AMARANTHVS · L · AQVILLIVS · APTVS ‖ L · TITIVS · IDIVS · CHRYSEROS C · VALERIVS · HERMA ‖ IIIIII VIRI · M · M · [1]) OB · H — Naronae. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 105.

1) *Magistri Mercuriales.*

6071. *divo* · AVG · SACR ‖ C · IVLIVS · MACRINI · LIB ‖ MARTIALIS · IIIIII VIR · M · M · OB ‖ HONOR · IDEM · LVDOS · SCAENICOS ‖ PER · TRID · D · ET · CANTAR · ARG · P · S — Ibd. l. l. p. 101, 4.

§. 21. COLLEGIA ET SODALICIA SACRA. CVLTORES DEORVM.

N. 2385, v. 1. pro *curati* l. CREATI; Mommsen, I. N. 2559; not. 1. expl. *ex senatus* (Romani) *consulto. Dendrophori creati ex s. c.* iidem sunt, qui in alia inscriptione (2560) dicuntur: *dendro*PHORI . QVIBVS . EX . *s . c . coire licet.* De collegiis senatus consulto confirmandis cf. n. 6097; not. 5. fortasse *Matris* DEE pro deae; cf. Or. 2263.

N. 2391, in dedicatione v. 5. CVRANTE . TI . CL . . . ; vidi in hortis Vaticanis.

N. 2395, interpolatus ex hac inscriptione Britannica (*Birrens*, prope *Middleby* Scotiae): DEO . MERCVRIO . IVL . CERS ‖ CENS SIGILL ‖ COL LIGN . CVLT ‖ M EIVS . D . S . D ‖ V . S . L . M — Horsley, Scotia XXXV; Stuart, Caledonia Romana tab. II, 4. Lege: *Iulius Crescens* SIGILL*um* COLLIGII (= *collegii*) CVL*Torum* EIVS cet. [nonne SIGILL*um* COL*umnam* LIGN*eam* CVLT*oribus Mercurii* EIVS? Mommsen.] *Censor* igitur *sigillorum* nullus est, neque in titulo Mur. 27, 4, quo Orellius interpretationem suam confirmare conatur, *censor signi* legitur; nam *Censor* quidem cognomen Feronii est, in litteris vero *signi* signiferum latere credo. Iidem *ligniferi* ex numero collegiorum expungendi sunt. *Sigilla* habes in lege collegii Dianae et Antinoi (n. 6086); quae si, ut Mommsenius voluit (*de collegiis* p. 107) ad collationem stipis menstruae pertinent, fieri poterat, ut *a sigillis* quidam vel *sigillarius* in collegio esset, quem hac quoque inscriptione indicatum esse credere poterit, si quis interpretationem a me propositam non laudaverit.

Nr. 2396, v. 6. pro *aliment* l. ALIM . ET .; v. 7. REBVS recte; v. 8. CVLTOR . I . O . M . S . ‖ HORTENS . ENS . Mommsen, I. N. 3552.

N. 2406, v. 3. pro T . F l. Ꞇ (*et*); Tonini, *Rimini* p. 365, 2: allatus ex Piceno.

N. 2407 Romanae videtur esse originis; cf. 2566.

N. 2408, v. 3. PROMES.

N. 2409: LAVDICAE; v. Mommsen.

N. 2414: supra titulum legitur D . M . ; vidi in Mus. Vat.

N. 2415: *collegium salutare* habes n. 6086.

N. 2416, v. 1. TERT (*tertium*); v. 2. ITER; v. 7. AT; v. ult. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 2416. Not. 2. COL*oniae* VEN*ereae* COR*neliae*.

6072. D · M ‖ FELIX · VIXIT · ANIINIS · X · COLLE‖GIVS · CANN‖OFORORVM ‖ B · M · P — Locris. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 156, Mommsen, I. N. 9.

6073. ALBVCIA MACIANA [1]) M · · · · · · · · ‖ CVRANTE ALBVCIO ACMA*zonte* · · · · · ‖ COLLEGIO CANNOFORVM HS IIII N EX QVORVM VSV*r*IS · · · · · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N EX QVORVM V*suris* · · · · · · ‖ ITEM LARGITVS EST COLLEGIO MARTENSIVM HS IIII N EX QV*orum usuris* · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N · EX QVORVM VSVRIS S · · · · · · ‖ *c*OLLEGIO DENDROFORVM HS IIII · N · EX QVORVM · · · · · · — Mediolani, ad D. Ambrosii. Cardinali, *Dipl.* n. 328; exscr. ipse et correxi.

1) Ita scripsi. Card. MARCIANA.

6074. D · M ‖ ENNIAE PRISCE COL ‖ CANOFORA‖RVM — Saepini. I. N. 4945.

6075. SODALICIO · CVLTOR · ‖ HERCVL · L · DOMITIVS ‖ SECVNDIO · OB HON · ‖ PATROC · S · H · [1]) DEDD — Veleiae, nunc Parmae. Ann. Inst. Arch. 1832, p. 69.

1) *Signum* Hoc [vel *Herculis*? MOMMSEN.]; una enim cum parvula statua aenea Herculis basis reperta est, de Lama, Iscr. ant. p. 46.

6076. D · M ‖ ARACINTHIO ‖ PETRONI · PRIS‖CI · TRIB · LATI ‖ CLAVI · SERVO ‖ COLLEGIA ‖ HERCVLIS ‖ ET · DIANAE ‖ FECERVNT — *Göttweig* Austriae inferioris. *Alterth. d. oestr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 313, Kellerm. Vig. n. 313.

6077. IVVENES FIFICVLANI · HERCVLIS · ‖ CVLTORES · SEX · AIADIVS · AGATHEME ‖ IVVENTVTI · TEST · RELIQVIT · A · PL · M · IV C[1]) (sequuntur nomina iuvenum, quorum maior numerus interiit) — In Museo Aquilano. Mommsen, I. N. 5938; fragmentum, quod ibi deest, addit de Rossi ex schedis Giovenazzii in bibliotheca Vaticana asservatis. Idem ex iisdem n. 5947 Mommsenii ad hunc titulum pertinere docuit.

1) [Num *Agri* PL*us* M*inus* IV*gera* C*entum*? MOMMSEN.]

6078. L . AEBVTIO ‖ MARTIALI ‖ COLLEG ‖ HERCVLANI‖ORVM ‖ P — Iuvani (*Montenero duomo due miglia di S. Maria di Palazzo*). Ann. Inst. Arch. 1854, p. 24, n. 32.

6079. *pro salute* ‖ L · SEPTIMI . SEVERI · AVG ‖ HERMADION · AVG LIB · CVLTO‖RIBVS · LARVM · AVG · RATIONIS ‖ PATRIMONI · D · D — In Mus. Vat. *Memorie romane* III, p. 67, 3; vidi ipse.

6080. NVM · AVG ‖ DEO · MERC ‖ SIGN · POSVIERVNT · CVLITORES · COLILIGNI · [1]) EIVSIIDEM DEI CVRA ‖ ING · [2]) RVFOIIV S L M — *Middleby*, Scotiae. Horsley XXXVI; cf. 2395.

1) I. COLLIGII = *collegii*. 2) AG*ente*? [nisi potius nomen est: CVRA*nte* IN*Genuio*. MOMMSEN.]

6081. AVGVS ‖ LARIBVS — (*vir capite velato stans, d. pateram super aram tenet*) CVLTORES VRAE [1]) ‖ FONTIS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 32, p. 49.

1) Editor *ur*, *ura* lingua Celtica *aquam* significare asserit.

6082. · · · · · *impp · caess · l · septimii severi* ‖ *p*ERTINACIS · AVG · ET · *m · aurelii · anto*‖NINI PII AVG [1]) ET · P · SEPT*imii getae nobi*‖LISSIMI · CAES · ET · IVLI*ae aug · matris augg* ‖ ET · KASTRORVM · STLA*ccia* · · · · · · · · ‖ SACERDOS · CERERVM · INTROIT*u sacerdotii* [2]) THIASO PLACIDIANO DONAVIT · · · · · · *t* ‖ ELAVIO (sic) T F · ECLECTIANO SACE*rdote* [3]) *cur · agen*T STLACCIIS SOTERE ET REPAR*ato filiis eius* (?) — Puteolis. Mommsen, I. N. 2479; Garrucci, Bull. Nap. V, p. 113. Mommsenii restitutionem paullulum commutavi, ipso approbante; v. I. N. in *corrigendis*, p. XXIII.

1) Monumentum positum est intra annos 951 — 953, quo tempore Antoninus *Pius* quidem appellabatur, *Felicis* autem nomine nondum gloriabatur. 2) Cf. Suet. Claud. 9. 3) Sacerdos hic erat Liberi patris; cf. I. I. 2477. 2478.

6083. SODÁLES ‖ LVSVS ‖ IVVENALIS — Romae, in Museo Kircheriano. Garrucci, *piombi antichi* p. 29.

6084. FABIVS DEMETRIVS · ET CAECILIVS ‖ PHILON · AEDEM CVM SIGILLO ‖ APOLLINIS IVVENIBVS OECIANI [1]) ‖ D · D · D · D — Romae, ad D. Laurentii. Ded. Brunnius.

1) OECIAN*is*?

6085. SILVANO · SACRVM · VOTO ‖ SVSCEPTO · PRO · SALVTE · DOMITIAN*i* ‖ AVG · N · L · DOMITIVS · PHAON · AD CVLTVM ‖ TVTELAMQVE · ET · SACRFICIA · (sic) IN OMN*e* ‖ TEMPVS · POSTERV*m* · IIS · QVI · IN CONLEGIO ‖ SILVANI · HODIE · ESSENT · QVIQVE · POSTEA ‖ SVBISSENT · FVNDVM · IVNIANVM · ET ‖ LOLLIANVM · ET · PERCENNIANVM · ET ‖ STATVLEIANVM · SVOS · CVM · SVIS · VILLIS ‖ FINIBVSQVE · ATTRIBVIT · SANXITQVE · VT ‖ EX · REDITV · EORVM · FVNDORV (sic) Q · S · S · S · [1]) K · IANV ‖ III · IDVS · FEBR · DOMITIAE · AVG · N · NATALE · E ‖ V · K · IVLIAS · ROSALIBVS · ET · IX · K · NOVEMBR · NATAL ‖ DOMITIANI · AVG · N · SACRVM · IN RE · PRAESENTI ‖ FIERET · CONVENIRENTQVE · II · QVI · IN ‖ COLLEGIO · ESSENT · AD EPVLANDVM · CVRA‖NTIBVS · SVI · CVIVSQVE · ANNI · MAGISTRIS · HVIC ‖ REI · DOLVM · MALVM · AFVTVRVM · QVOMINVS ‖ EA · QVAE · SVPR · SCRIPTA · SVNT · FIANT ‖ MANIFESTVM · EST · CVM · PRO SALVTE · OPTVM*i* ‖ PRINCIPIS · DOMINII · S (sic) · [2]) FVNDI · CONSECRAT*i* ‖ SINT · DIES · QVE ·

SACRIFICIORVM · CONPRE‖HENSI · PRAET*e*REA · LOCVS · SIVE · EA · PARS ‖ AGPI · (sic) SILVAEQV*e* · EST · IN VIVARIO · QVAE · CIPPIS ‖ POSITIS · CIRCA · SILVANVM · DETERMINATA ‖ EST · SILVANO · CEDET · ET · VIA · ADITVS · AD SILVANV*m* ‖ PER FVNDVM · QAESICIANVM (sic) · OMNIBVS · PATEBIT ‖ LIGNIS · QVOQVE · ET · EX FVNDO · GALLICIANO ‖ ET · AQVA · SACRIFICI · CAVSA · ET · DE VIVARIO ‖ PROMI-SCVE · LICEBIT · VTI · HAEC · SIC · DARI ‖ FIERI · PRAESTARI · SINE · DOLO · MALO · IVSSIT ‖ PERMISITQVE · L · DOMITIVS · PHAON ‖ CVIVS · OMINES (sic) · LOCVS · FVIT — *Caposele, contrada Castagneto alle falde della montagna di Oppido*, rep. 1834. Avellino, Opusc. III, p. 305; Guarini, *var. mon.* p. 13 ex duobus apographis, qui litteras, quae desunt, ita supplevit, ut earum mentionem non faceret; Mommsen, I. N. 212, Avellinum magis quam Guarinium secutus. Nuper descripsit et correxit Brunnius.

1) *Qui Supra Scripti Sunt.* 2) [fortasse DOMINII *Silvani*. MOMMSEN.]

6086. L · *ceionio* COMMODO SEX · VETVLENO · CIVICA · POMPEIANO · COS · [1]) A · D · V̄ · IDVS . IVN

(columna I.) *lanuvii · in municipio · in t*EMPLO ANTINOI · IN · QVO · L · CAESENNIVS · RVFVS ‖ *dict · iii · et patronu*S · MVNICIPI · CONVENTVM HABERI · IVSSERAT · PER · L · POMPEIVM ‖ . . . . . . VM · Q̄Q̄ · CVLTORVM · DIANAE · *e*T · ANTINOI · POLLICITVS · EST · SE ‖ *in annum · d*ATVRVM EIS EX LIBERALITATE · SVA · HS · X̄V̄ · M · N · VSVM · DIE ‖ *natali*S DIANAE · IDIB · AVG · HS · CCCC · N · ET · DIE · NATALIS · ANTINOI · V · K ‖ *decemb* · HS CCCC · N · ET · PRAECEPIT · LEGEM · AB · IPSIS · CONSTITVTAM · SVB · TETRA‖*stylo · a*NTINOI · PARTE · INTERIORI · PERSCRIBI · IN · VERBA · INFRA · SCRIPTA ‖ *m · antonio · hiber*O · P · MVMMIO · SISENNA · COS · [2]) K · IAN · COLLEGIVM · SALVTARE · DIANAE ‖ ET · ANTINOI · CONSTITVTVM L · CAESENNIO · L · F QVIR · RVFO · DICT · ĪĪĪ · IDEMQ · PATR ‖ KAPVT · EX · S C · P · R ‖ QVIB*us · coire · co*NVENIRE COLLEGIVMQ · HABERE · LICEAT · QVI · STIPEM · MENSTRVAM · CONFERRE VOL‖LEN*t · in fune*RA · IN · IT · [3]) COLLEGIVM COEANT · NEQ · SVB SPECIE EIVS · COLLEGI · NISI · SEMEL IN MEN‖SE · *coeant* · *con*FERENDI · CAVSA · VNDE · DEFVNCTI · SEPELIANTVR ‖ *quod · fa*VST*um* · *fe*LIX · SALVTAREQ · SIT · IMP · CAESARI · TRAIANO · HADRIANO · AVG · TOTIVSQVE ‖ *do*MVS AV*gust* · NOBIS *n*OSTRIS · COLLEGIOQ · NOSTRO · ET · BENE ADQVE INDVSTRIE · CONTRAXERIMVS VT ‖ *e*XITVS · *defu*NCTORVM · HONESTE · PROSEQVAMVR · ITAQ · BENE · CONFERENDO · VNIVERSI CONSENTIRE ‖ DEBEMVS · V*t long*O TEMPORE · INVETERESCERE · POSSIMVS · > TV · QVI · NOVOS · IN · HOC COLLEGIO ‖ INTRARE VOLE*s p*RIVS · LEGEM · PERLEGE · ET · SIC · INTRA · NE ·

POSTMODVM QVERARIS · AVT · HEREDI TVO || CONTROVERsIAM RELINQVAS LEX · COLLEGI || placuIT · VNIVERSIS · VT · QVISQVIS · IN HOC · COLLEGIVM · INTRARE · VOLVERIT · DABIT KAPITVLARI NOMINE || HS C · N · ET · Vini · BONI · AMPHORAM ITEM · IN · MENSES · SING · A · V ·[4]) > ITEM PLACVIT · VT · QVISQVIS · MENSIB || CONTINuis[5]) .... NON · PARIAVERIT · ET · EI HVMANITVS · ACCIDERIT EIVS RATIO FVNERIS NON HABEBITVR || ETIAM SI testAMENTVM FACTVM HABVERIT > ITEM · PLACVIT QVISQVIS · EX HOC CORPO||RE · N̄ · PARIATus · DECESSERIT EVM SEQVENTVR · EX ARCA HS CCC · N ·[6]) EX QVA SVMMA DECEDENT EXE||QVIARI · NOMINE HS L · N QVI AD ROGVS DIVIDENTVR EXEQVIAE AVTEM PEDIBVS FVNGENTVR || ITEM PLACVIT QVISQVIS · A MVNICIPIO VLTRA MILLIAR · XX DECESSERIT · ET NVNTIATVM FVERIT EO EXIRE DEBEBVNT || ELECTI · EX CORPORE N · HOMINES TRES QVI FVNERIS EIVS CVRAM AGANT ET · RATIONEM · POPVLO REDDERE DEBEBVNT || SINE DOLO MalO · ET · SI QVIT IN EIS FRAVDIS CAVSA INVENTVM FVERIT EIS MVLTA ESTO QVADRVPLVM · QVIBVS || funeraticium[7]) EIVS DABITVR · HOC AMPLIVS · VIATICI NOMINE · VLTRO CITRO SING HS XX · N · QVOD SI LONGIVS || a municipio suPRA ·[8]) MILL · XX DECESSERIT ET NVNTIARI NON POTVERIT TVM IS QVI · EVM FVNERAVERIT TESTA||tor · rem · tabulIS[9]) SIGNATIS · SIGILLIS · CIVIVM ROMANOR · VII · Et PROBATA CAVSA FVNERATICIVM EIVS SA||tisdato · ab iIS NEMINEM PETITVRVM DEDVCTIS COMMODIS · ET · EXEQVIARIO E LEGE COLEGI (sic) DARI || sibi · petito · a · coLLEGIO DOLVS MALVS ABESTO · NEQVE · PATRONO NEQVE PATRONAE NEQVE Domino

(columna II.) NEQVE DoMINAE NEQVE CREDITORI · EX · HOC · COLLEGIO · VLLA PETITIO ESTO NISI · SIQVIS TESTAMENTO HEREs || NOMINAtus eRIT · SI QVIS · INTESTATVS DECESSERIT · IS · ARBITRIO QVINQ · ET POPVLI · FVNERABITVR || ITEM PLACVIT QVISQVIS · EX · HOC · COLLEGIO SERVVS · DEFVNCTVS · FVERIT ET CORPVS EIVS A DOMINO DOMINAVe || INIQVITATAE (sic) · SEPVLTVRAE · DATVM · NON FVERIT · NEQVE TABELLAS FECERIT EI FVNVS · IMAGina||RIVM FIET > ITEM · PLACVIT · QVISQVIS · EX QVACVMQVE CAVSA · MORTEM · SIBI · ADSCIVERIt || EIVS · RATIO · FVNERIS · NON · HABEBITVR || ITEM PLACVIT · VT QVISQVIS · SERVVS · EX · HOC · COLLEGIO LIBER · FACTVS · FVERIT · IS · DARE DEBEBIT VINi bo||NI AMPHORAM > ITEM PLACVIT QVISQVIS · MAGISTER · SVO · ANNO ERIT · EX ORDINE Albi || AD CENAM FACIENDAM · ET · NON · OBSERVAVERIT · NEQVE · FECERIT · IS · ARCAE · INFERET · HS · XXX N || INSEQVENS · EIVS · DARE DEBEBIT · ET · IS · EIVS · LOCO · RESTITVERE · DEBEBIT || ORDO · CENARVM · VIII · ID · MAR NATALI CAESENNI ..... PATRIS · V ·

K · DEC · NAT · ANT*inoi* ‖ IDIB · AVG · NATALI · DIANAE · ET · COLLEGI · XIII · K · SEPT · NA*t · caes*NNI · SILVANI · FRATRIS · PR · N*on* · · · · ‖ NATALI · CORNELIAE · PROCVLAE · MATRIS · XIX · K · IAN N*at · caes*ENNI · RVFI · PATR MVNI*cipii* ‖ MAGISTRI · CENARVM · EX · ORDINE · ALBI · FACTI · Q*u*O ORDINE · HOMINES · QVATERNI PONERE DEBEB*unt* ‖ VINI · BONI · AMPHORAS · SINGVLAS · ET · PANES · A · II · [10]) QVI · NVMERVS · COLLEGI · FVERIT · ET · SARDAS ‖ *nu*MERO QVATTVOR · STRATIONEM CALDAM · CVM MINISTERIO ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · QVINQVENNALIS · IN HOC COLLEGIO · FACTVS · FVERIT · IS · A · SIGILLIS · [11]) EIVS TEMPORIS ‖ QVO QVINQVENNALIS · ERIT · IMMVNIS · ESSE · DEBEBIT · ET · EI · EX · OMNIBVS · DIVISIONIBVS PARTES · DVPL*as* ‖ DARI · ITEM · SCRIBAE · ET · VIATORI · A · SIGILLIS · VACANTIBVS · PARTES · EX · OMNI DIVISIONE SESQVIP*las* ‖ DARI · PLACVIT ‖ ITEM · PLACVIT ‖ VT · QVISQVIS · QVINQVENNALITATEM · GESSERIT · INTEGRE · EI · OB · HONOREM · PARTES · SE*squi*‖PLAS · EX · OMNI · RE DARI · VT · ET · RELIQVI · RECTE · FACIENDO · IDEM · SPERENT ‖ ITEM · PLACVIT · SI QVIS · QVID · QVERI · AVT · REFERRE · VOLET · IN CONVENTV · REFERANT · VT · QVIETI E*t* ‖ HILARES DIEBVS SOLLEMNIBVS EPVLEMVR ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · SEDITIONIS · CAVSA · DE · LOCO · IN · ALIVM · LOCVM TRANSIERIT · EI · MVLTA · ES‖TO · HS IIII · N · > SI QVIS AVTEM IN OBBROBRIVM (sic) ALTER ALTERIVS · DIXERIT · AVT · TV*mul*‖TVATVS · FVERIT · EI · MVLTA · ESTO HS XII N · > SI QVIS QVINQVENNALI INTER EPVL*as* ‖ OBBROBRIVM · AVT · QVID · CONTVMELIOSE DIXERIT EI · MVLTA · ESTO HS · XX N · · · ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVINQVENNALIS · SVI · CVIVSQVE TEMPORIS · DIEBVS SOLLEMN*ibus · ture* ‖ ET · VINO · SVPPLICET · ET CETERIS OFFICIIS ALBATVS · FVNGATVR · ET · DIE*bus · natalibus* ‖ DIANAE · ET · ANTINOI · OLEVM · COLLEGIO · IN · BALINIO (sic) · PVBLICO · PO*nat · antequam* ‖ EPVLENTVR — Tabula marmorea longa palmos septem cum tribus unciis, alta tres palmos cum decem unciis; rep. in ruderibus balnei Lanuvii a. 1816. Ed. primus N. Ratti, *Atti d. Accad. pont.* II, p. 462, cuius apographum passim corruptum denuo edidit Cardinali, *Dipl. mil.* n. 510; Mommsen, de collegiis et sodaliciis Romanorum, Kiliae 1843, p. 98 sqq. — Anno 1847 ipse cum eodem in aedibus Frezza Lanuvinis titulum recognovi ac nonnulla correxi, de quibus cf. Mommsenium, *Ztschr. f. gesch. RW.* 1850, vol. XV, 3, p. 357 sqq. — Eius supplementa hic recepi.

1) A. 136. 2) A. 133. 3) IT, sic pro *id.* 4) *asses quinque*, = annuos HS XV; Mommsenius, lectione Rattii deceptus, de ratione usurarum olim minus recte statuit. Pro CCCC autem postea CCC in lapide legitur, ita ut usurae quincunces summae in mortis diem promissae penderentur; cf. nunc *Ztschr. f. gesch. RW.*, l. l. p. 362. 5) CONTINENTER male Rattius, qui quinque ultimas litteras de suo addidit. 6) Cf. not. 4. 7) Ab initio quinque versuum ultimorum huius columnae litterae 10 vel 12

desunt; quapropter quum paullo post ei, qui sodalem huius collegii funeraverit mortuum ultra XX miliarium, cuius de morte renuntiatum non erat, funeraticium eius dari iubeatur, hoc quoque loco *funeraticium* supplendum esse credo. 8) Partem superiorem litterae P in lapide legimus. 9) Ita rest. Mommsenius; sed in lapide legi videbatur . . IIS; num *testimon*IIS? — Idem paullo post commode scripsit *satisdato amplius*; sed quum itidem in lapide legimus . . IS, equidem *ab i*IS scribere malui, quod antea ipse proposuerat; v. libellum *de Collegiis*, tab. 10) *assium* II, M. 11) Cf. ad 2395.

6087. I.) DESCRIPTVM ET RECOGNITVM ‖ FACTVM EX LIBELLO QVI PROPO‖SITVS ERAT ALB MAIORI[1]) AD STATIO‖NEM RESCVLI IN QVO SCRIP‖TVM ERAT ID QVOT (*sic*) I S EST[2]) ARTEMIDORVS APOLLONI[3]) MAGISTER ‖ COLLEGI IOVIS CERNENI[4]) ET VALERIVS ‖ NICONIS ET OFFAS MENOFILI QVESTO‖RES COLLEGI EIVSDEM ‖ POSITO HOC LIBELLO PVBLICE TESTANTVR ‖ EX COLLEGIS SS[5]) VBI ERANT HOMIN[6]) LIIII ‖ EX EIS NON PLVS REMASISSE (*sic*) ALBVR[7]) QVAM QVOT HOMIN[8]) XVII[8a])

II.) IVLIVM IVLI QVOQVE COMMAGISTRVM SVVM ‖ EX DIE MAGISTERI SVI NON ACCESSISSE AD ALBVRNVM NEQ ‖ IN COLLEGIO SEQVE EIS QVI PRE‖SENTES FVERVNT RATIO-‖NEM REDDEDISSE (*sic*) ET SIQVIT EORVM ABVERAT (*sic*) RED-DE‖DISSET (*sic*) SIVE FVNERIBVS ET CAVTIONEM SVAM IN QVA EIS CAVERAT RECEPISSET MODOQVE AVTEM NEQVE FV‖NERATICIS SVFFICERENT NEQVE LOCVLVM ABERET NEQ[9]) ‖ QVISQVAM TA[M MAGNO TEMPORE DIEBVS QVI]BVS[10]) LEGI (*sic*) ‖ CONTINETVR CONVENIRE VOLVERINT AVT CONFER‖RE FVNERATICIA SIVE MVNERA ‖ SEQVE IDCIRCO PER HVNC LIBELLVM PVBLICE TESTANTVR VT SI QVIS ‖ DEFVNCTVS FVERIT NE PVTET SE COLLEGIVM ABERE AVT AB EIS ALIQVEM PETITIONEM FVNERIS ABITVRVM ‖ PROPOSITVS ALB MAIORI[1]) V IDVS FEBR IMP L · AVR VER III ET ‖ QVADRATO CS[11]) ACT ALB MAIORI — In tabula priore a latere inscriptionis sigilla erant septem testium adiunctis hisce nominibus: L · VASIDI VICTO‖RIS ‖ C · SECVNDINI LEG::: ‖ STERTINI RVSTICI ‖ AELII LA · · · ‖ GELDONIS ‖ STAT · · · · · · · · · · ‖ ATILII · · SLACIS (?) ‖ CO · · · · · INVS — Tabulae ligneae in modum diptychorum coniunctae et cera illitae, rep. in fodinis Dacicis Toroczkoiensibus prope vicum *Aprudbanya* sitis anno 1807. Massmann, libellus aurarius, tabb. 1. 2. Quae hic proposui, omissis testium nominibus et mutato versuum ordine in interna parte itidem leguntur, ubi quae varie scripta sunt, adnotabo. De sinceritate tabularum male dubitavit Letronnius; cf. *Journal des Savants* 1841, p. 566.

1) Lege ALB*urno* MAIORI, cf. *ad Alburnum*. Vicus erit Daciae ignotus. 2) I*nfra* S*criptum* EST. 3) Sc. servus, non filius, ut Massm. vult. 4) Ad explicandum nomen Iovis Cerneni Massmann Zernensis coloniae mentionem facit a Traiano deductae, de qua Ulpian. Dig. L, 15, 1, §. 8; cf. Francke, *Traian* p. 107. 5) COLLEGIO S*upra* S*cripto*, in parte interna. 6) HOM, ibd. 7) AD ALB*urnum*, ibd. 8) H, ibd. 8a) Male Massmannus legit XII, v. Mommsen de colleg. p. 94. 9) NEQVE, ibd. 10) Verba uncis inclusa in parte exteriore vetustate corrupta iam non leguntur. 11) A. 167.

§. 22. MAGISTRI ET MAGISTRAE SACRORVM.

N. 2421, *magistros Minervales* et *Mercuriales* minus recte Orellius *praefectos* fuisse dicit *sacris Minervae et Mercurii*, quum collegiis potius Minervalium et Mercurialium praepositi essent.

N. 2425, v. 1. PAVLLO; v. 3. LEGIO; Mommsen, I. N. 2595, qui vidit et Neapoli tribuit.

N. 2428 e Borromaeianis, i. e. Braucatellianis, de quorum fide cf. Mommsen, Ber. d. S. Ges. 1850, p. 266 sqq.; plura certe in hac quoque inscriptione interpolata sunt, ut *IIIvir*, *fortuna melior* cet.

N. 2430, vidit Ravennae Mommsenius, sed medio aevo exaratum esse indicavit.

6088. ········ MAGISTERI · I · O · M · P · D · M 1) ‖ S · P · P · CVIVS · DEDICAT · DECVR · IN LVC · 2) PVBLICE ‖ VESCENTIB · SING · HS · XX · N̄ ‖ DEDIT L · D · D · D — Formiis. *Antichch. Ciceroniane* p. 29, 19; Mommsen, I. N. 4077, qui vidit.

1) *Iovis Optimi Maximi Patris Deorum Magni*? 2) IN LVCo.

6089. (Versus priores scalpro deleti, quibus nomina continebantur magistrorum) M · ANTONIO ‖ A · POSTVMIO · CoS 1) ‖ HEISCE · MAG · 2) MVRVM · AB · GRAD‖VAD · CALCIDIC · ET · CALCIDICVM ‖ ET · PORTIC · ANTE CVLIN · LONG · P ‖ ET · SIGNA · MARMOR · CAST · ET · POL ‖ ET · LOC · PRIVAT · DE · STIPE · DIAN 3) ‖ EMENDVM *et faci*ENDVM ‖ COERAVER · · · · — Olim infixus parieti cuidam vetustissimo ad radices montis Tifatae, nunc in R. Mus. Neapolitano. Mommsen, I. N. 3565, ubi vide ceteros; cf. ibid. 3561 sqq.

1) A. 655 = 99. 2) MAG*istreis*, sc. Dianae; cf. *magistros Venerus Ioviae* vel *Cererus*; cf. Or. 2487 et I. N. l. l. 3) i. e. de aere Dianae consecrato.

6090. TEMPL · ISIS · ET · SERAP · CVM ‖ SIGNIS · ET · ORNAM · ET · AREA ‖ OB · HONOR · M · M · PORC · FELICIS ‖ ET · IMPETRATI · *f* · (?) IIII · V · A · P · D*es* ‖ M · PORC · M · L · PRIMIG*enius* ‖ MAG · LAR · AVG · R*estituit* — In insula S. Antiochi Sardiniae inter rudera Sulcorum. Gazzera, *decreto di patronato e clientela della colonia Ciulia Augusta Usellis*, Torino, 1830, 4, p. 15; tab. II, 1; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 172.

6091. AESCVLAPIO · AVG · SACRVM ‖ C · IVLIVS · MARIO · MAG · AVGVSTAL ‖ ACCENSVS · CONSVLVM ‖ *de pe*CVNIA · SVA · POSVIT — In Museo Caralitano. Della Marmora, *voyage en Sardaigne* II, p. 479, n. 32.

6092. · · BOVIVS · N ‖ ET · M · L · HILARVM (sic) ‖ MAG · AVG ‖ VIAM · STRAVIT ‖ LONG · P · LVII ‖ D · D — Frigenti. Mommsen, I. N. 1321, ubi v. ceteros.

6093. M · ALBINIVS · M · F · MEN ‖ AED · IIVIR · IIVIR · QVINQ ‖ AVG · MAG · AVGVST · DESIGN 1) ‖ VALERIA · CALISTO VXOR — a parte postica: N · XX — Praeneste. Petrini, *Mem. Pren.* IV, 25.

1) *Magistros Augustales sive larum Aug.* ab *Augustalibus* et *Seviris Augustalibus* diversos fuisse, hoc monumento apparet; cf. quae contra Eggeri sententiam disputavi in *Ztschr. f. A. W.* 1848, n. 25, p. 195, et n. 6062.

6094. NVMINI · DIA‖NAE · AVG ‖ VALERIA · EPI‖THVSA · MAG — *Savigliani* in Pedemontano. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 211.

6095. SEBVRIA · FELIX ‖ MAGISTRA · DONV ‖ MINERVAE — Sutrii. Exscr. de Rossi.

§. 23. MINISTRI SACRORVM. — CALATORES. SCRIBAE, CET.

N. 2436, spurius, ut omnes fere tituli Vitae Colotianae annexi; nota scribam factum procuratorem et IIIvirum monetalem.

N. 2438, 1, v. 2. PHILOCAL; vidit Mommsen in R. Museo Neapolitano, I. N. 6880.

NE DIVTVRNA PELLERENTVR ET IN POSTEI
DECRETA CIVIVM ADSVMENDORVM CONSIL
PRAESIDIS PROVINCIAE · C · V · PERPENDERENT v [1])
EXEMPLVM EPISTVLAE AD HERACLITVM
QVAMQVAM TYRANORVM CIVITAS OREGINEM
DATI BENEFICII NON OSTENDAT NEC FACILE QVAE
PER ERROREM AVT LICENTIAM VSVRPATA SVNT PRAE
SCRIPTIONE TEMPORIS CONFIRMENTVR TAMEN
QVONIAM DIVI ANTONINI PARENTIS NOSTRI LITTE
RAS SED ET FRATRVM IMPERATORVM COGITAMVS ITEM
ANTONII HIBERI GRAVISSIMI PRAESIDIS QVOD ATTINET
AD IPSOS TYRANOS QVIQVE AB IIS SECVNDVM LEGES
EORVM IN NVMERVM CIVIVM ADSVMPTI SVNT EX PRI
STINO MORE NIHIL MVTARI VOLVMVS RETINEANT
GITVR QVAQVA RATIONE QVAESITAM SIVE POSSESSAM
PRIVILEGII CAVSAM IN PROMERCALIBVS QVOQVE RE
BVS QVAS TAMEN PRISTINO MORE PROFESSIONIBVS
AD DISCERNENDA MVNIFICA MERCIMONIORVM EDEN
DAS ESSE MEMINERINT SED CVM ILLYRICI FRVCTVM [2])
PER AMBITIONEM DEMINVI NON OPORTEAT SCIANT
EOS QVI POSTHAC FVERINT ADSVMPTI FRVCTVM
IMMVNITATIS ITA DEMVM HABITVROS SI EOS LEGATVS
ET AMICVS NOSTER V · C · IVRE CIVITATIS DIGNOS ESSE DE
CRETO PRONVNTIAVERIT QVOS CREDIMVS SATIS A
BVNDE QVAE SIBI CONSVLTVM SI GRATI FVERINT EXI
STIMATVROS QVOD ORIGINE BENEFICII NON QVAESI
TA DIGNOS HONORE CIVES FIERI PRAECEPERIMVS •
ΟΟΥΙΝΙΟΣ ΤΕΡΤΥΛΛΟΣ[3]) *ΑΡΧΟΥΣΙ ΒΟΥΛΗ ΔΗ*
ΜΩ ΤΥΡΑΝΩΝ ΧΑΙΡΕΙΝ
ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΠΕΜ
ΦΘΕΝΤΩΝ ΜΟΙ ΥΠΟ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ ΗΜΩΝ ΑΝΕΙ
ΚΗΤΩΝ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΣΤΑΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ

ΤΟΥΤΟΙΣ ΜΟΥ ΤΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑΣΙΝ ΠΡΟΕΤΑΞΑ Ο
ΠΩΣ ΓΝΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΕΙΣ ΥΜΑΣ ΜΕΓΑΛΟ
ΔΩΡΙΑΝ ΤΗ ΜΕΓΑΛΗ ΑΥΤΩΝ ΤΥΧΗ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗ
ΣΗΤΕ ΕΡΡΩΣΘΑΙ ΥΜΑΣ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΙΝ ΠΟΛ
ΛΟΙΣ ΕΤΕΣΙΝ ΕΥΧΟΜΑΙ ΑΠΕΔΟΘΗ ΠΡΟ
ΙΓ ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ ΑΠΝΕΩΝΟΣ Ĩ̃Ι
ΑΝΕΣΤΑΘΗ ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΦΑΒΙΑΝΟΥ
ΥΠΑΤΩΝ[4]) *ΕΝ ΤΩ • ΕΜΡ • ΕΤΕΙ •*[5])
ΑΡΧΗΣ Π ΑΙΛΙΟΥ ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΥ[6])

— Tabula magna marmorea nuper effossa prope vicum *Korotkoje* in ripa sinistra fluminis Tyrae (Dniester) e regione coloniae Milesiae Tyranorum. Ex actis Societatis historico-antiquariae Odessitanae (t. II, 2 et 3, p. 416—469) repetiit Mercklinus, apud Gerhard, *Arch. Ztg.* (*Denkm. u. Forschungen*) 1853, p. 161. Rescripta continet impp. Severi et Antonini Augg., quibus immunitas quaedam Tyranorum confirmatur. Ea Ovinius Tertullus legatus pr. pr. Moesiae inferioris Tyranis cum Graecis litteris misit.

1) *pri*||*vile*]gii auc[*toritatem*, *epistula de iure immu*]nitatis inspecta, quod [*usu firmatum qua*]qua ratione videbatur cum iusta [*restricti*]one servavimus, ut neque ipsi cons[*uetudi*]ne diuturna pellerentur et in poste[*rum*] decreta civium adsumendorum consi[*lio*] praesidis provinciae c. v. perpenderentu[*r*], Mercklin, l. l. [Initium lenius ita formaveris: *privile*gii auct*oritate perpensa et origine immu*nitatis perspecta - - - cum iusta *moderati*one servavimus. Mommsen.] 2) Illyricum, τέλος Ἰλλυρικόν, cf. Appian. Illyr. 6, et nn. 6655. 6658. Eius procurator fuit fortasse Heraclitus ille (v. 8). 3) Cf. Dig. 38, 17, 1 §. 3; 49, 15, 9; Cod. 8, 51, 1. 4) A. 201. 5) sc. aerae Tyranorum, quam ab eo anno initium cepisse, quo civitas Romanis subiecta est, Borghesius in litteris ad me datis proposuit. Quum enim annus Tyranorum 145 in annum Urbis 954 incidat, primus eorum annus est Romanorum 809. Nummis autem Tyranorum Vespasiani certe tempore civitatem sub ditione Romanorum fuisse apparet. Quod si verum est, id quoque minime miraberis, quod ad Moesiam provinciam pertinet; Daciam enim a Traiano demum subiectam esse omnes scimus.

6430. *ex aucto*RITATE TARRACI BA*ssi · v · c · praefecti urbis*[1]) || *nomina vi*(?)NARIORVM QVI SIBI PECVN*iam indebitam* (?) || *con*TRA DISCIPLINAM ROMAN*arum legum* || VINDICARE CONSVEVER*unt* (sequuntur multa nomina sex columnis disposita litterisque scripta minutis maleque exaratis) [2]) — Romae, in Basilica Iulia. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 141; rest. de Rossi, op. cit. 1853, p. 37 seqq.

1) Cf. Amm. Marc. XXVIII, 1. — De ipsa re cf. Or. 3166. 2) Nomina esse videntur corporatorum quorundam, quibus professione vel negotiatione interdicitur; cf. l. l.

6431. OVORIRI[1]) SOLENT NONNVL*lae* || CONTROVERSIE (sic) QVE (sic) NO*tio* || *n*E[1a]) I*n*QVIRANT*ur*[2]) ET EXSAM*ine* || IVDICIS CELSIORIS TVM AVTEM || QVAEDAM NEGOTIA SVNT IN || QVIVVS SVPERFLVVM SIT MO||DERATOREM EXSPECTA*re* || PROVINCIE (sic) QVOD NOVIS || VTRVMQVE PENDENTIVV*s* || RECTVM ADMODVM VISVM || EST *u*T PEDANEOS IVDICES *id est*[3]) || EOS QVI NEGOTIA *h*VMILIA || DISCEPTENT CONSTITVENDI || DAREMVS PRAESIDIVVS POTE||STA*tem*[4]) ITA ENIM ET SIBI || PARTEM QVRARVM IP*s*I[5]) DE||*minuent*[6]) ET TAMEN NI*h*ILOM*i*N||VS[7]) QVAS*i isti*[8]) *h*OC MVNVS ADME||NESTRAVVNT

QV*u*M ILLI QVO*s* || *e*LEGERE ADMENESTRE*nt* || QVIVS REI CONSTITV*endae*[9]) *munus* || AD TVE EMINEN*ti*E *spectat curam* · *ad ex-* || CELLENTIAM TVA*m igitur mi*||SIMVS[10]) PE*r* EVNDE*m litteras* (*ut ea quae necessaria sunt non dubitet ordinare*) — Rep. in insula Amorgo, asservatur nunc Therae. Rest. E. Philippi. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 45 seqq. ex apographis missis a comite Cigalla Theraeo et Ludovico Rossio, quorum hic priorem modo tituli partem descripsit. Litterae parum bonae, et quas non sine difficultate legi ipsis apographis satis probatur.

1) QVEERIRI R. 1a) NO .... || RE, vel PE. 2) IQVIRANT, fortasse recte, ut alibi IFERI (7341). 3) IVDICEST. 4) POTE || STAMEN. 5) IPPI. 6) DENI-|| PERINT, vel PEPINT. 7) NIILOMNI||VS. 8) QVASSIVI. 9) CONSTITNI. 10) Ita ipse pro MITTIMVS Philippii in textum recepi, quum exemplum Cigallae .... || SIMVS exhibeat. — Titulus spectat ad annum 362 aerae nostrae; constitutio enim est a Iuliano imperatore data *V. kal. August. Antiochiae Mamertino et Nevitta consulibus*, cuius partem tantum habemus in codice Iust. l. 3. *de pedaneis iudicibus*, III, 3; cf. cod. Theod. l. 8 *de officio praesidis provinciae* I, 16 ed. Haenel; Bull. l. l. p. 47 sqq.

6432. C · HELVIDIVS PRISCVS ARBITER || EX · CONPROMISSO · INTER · Q · TILLIVM · ERYLLVM · PROCVRATO||REM TILLI · SASSI · ET · M · PAQVIVM · AVLANIVM || ACTOREM · MVNICIPI · HISTONIENSIVM V||TRISQ · PRAESENTIBVS · IVRATVS · SENTENTIAM || DIXIT · IN · EA · VERBA · Q · INF · S · S ·

CVM · LIBELLVS · VETVS · AB · ACTORIBVS · HISTONIENSIVM || PROLATVS · SIT · QVEM · DESIDERAVERAT · TILLIVS || SASSIVS · EXHIBERI · ET · IN · EO · SCRIPTVM · FVERIT || EORVM · LOCORVM · DE · QVIBVS · AGITVR · FA||CTAM · DEFINITIONEM · PER · Q · COELIVM · GAL||LVM M · IVNIO SILANO · L · NORBANO · BALBO[1]) || COS · VIII · K · MAIAS · INTER · P · VACCIVM · VITVLVM || AVCTOREM · HISTONIENSIVM · FVNDI · HERIANI||CI · ET · TITI · IA · · LACCILLAM[2]) · PROAVCTOREM · TIL||LI · SASSI · FVNDI · VELLANIAE · [3]) IN · RE · PRAESENTI || DE CONTROVERSIA · FINIVM · ITA · VT · VTRISQVE || DOMINIS · TVM · FVNDORVM · PRAESENTIBVS || GALLVS · TERMINARET · VT · PRIMVM · PALVM || FIGERET · A · QVERCV · PEDES · CIRCA · VNDEC||IM · ABESSET · AVTEM · PALVS · A · FOSSA · NEQVE || APPARET · QVOT · PEDES · SCRIPTI · ESSENT || PROPTER VETVSTATEM LIBELLI INTERRVPTI || IN · EA · PARTE · IN QVA · NVMERVS · PEDVM || SCRITVS (sic) · VIDETVR · FVISSE · INTER · FOS||SAM · AVTEM · ET · PALVM · ITER · COMMVNEM (sic) || ESSET · CVIVS · PROPRIETAS · SOLI · VACCI · VITVLI · ESSET || EX · EO · PALO · E · REGIONE · AD · FRAXINVM · NOTATAM[4]) PAL||VM · FIXVM · ESSE · A · GALLO · ET · AB · EO · PALO · E · REGIONE · AD || SVPERCILIVM · VLTIMI · LACVS · SERRANI · IN · PARTEM · SINISTERIO || · · · M ERECTAM PALVM AB · EODEM · GALLO[5]) — *Campomarini* in littore maris Hadriatici, rep. in ruderibus villae cuiusdam antiquae. *Bull. Nap. n. s.* 1853, n. 23, p. 180 edidit

Garruccius, communicatum a Caraba; postea correxit n. 34, p. 79 ex apographo Marchesani Histoniensis. qui exemplum editum cum ipso archetypo contulerat.

1) A. 19. p. C. 2) TITVrIAM . FLACCILLAM legendum esse suspicatur G.; melius fortasse *Titurium Flaccillum*. — De *auctore* et *proauctore* cf. Marini, *Pap. dipl. XCIII* et *CXXI*, et Garruccium, l. l. p. 181. 3) [Lege FVNDI VELLANI *Actum Esse*. MOMMSEN.] 4) Cf. Sic. Flacc. de cond. agr. p. 138, 18 ed. Lachm. (G.) 5) Ultimus versus litteris minoribus scriptus est in margine inferiore.

§. 6. MAGISTRATVS ET HONORES VETERIS REI PVBLICAE.

N. 3131, not. 1, *exacto consularis*; cf. Steiner, I. R. Dan. et Rheni I, 385 (5668).

N. 3133: censores sunt Ti. Claudius Caesar Augustus, L. Vitellius P. f., id quod littera ꟻ satis indicat.

N. 3134, not. 2: erat potius *pro magistro Saliorum*.

N. 3139, conflatus ex Grut. 399, 5 (Mommsen, I. N. 1992) et 465, 3 (I. N. 1994; Or. 3440); cf. Mommsen ad hunc titulum.

N. 3140, in dedicatione: v. 1. APRILES; v. 3. CVRA. AGENTIBVS. CALOCAERO; id. I. N. 6803; not. 1. intellige: *Viatori Quaestorio*.

N. 3142, v. 1. IVV. CORDI. IVV. F; explica *lustrationis montis sacri*, Borghesi, *Decad. numism.* V, 7, p. 18. Vidi ipse.

N. 3145, not. 1. Tribunos plebis in coloniis habes n. 5985 et n. 7143.

N. 3146, v. corr. n. 6005.

N. 3147, v. 2. A. RVFENIO; v. 4. M. ALBANI. L. F; Maff. M. V. 469, 2.

N. 3149, v. 1. .... ‖ CO. MODESTO; v. 3. dele P; v. 8. 9. PRAETORI ‖ AETRVR; v. 10. CVR. REI. P.; in fine PATR ....; Mommsen, I. N. 5941, ubi v. ceteros.

N. 3150: susp.; male autem Or. interpretatur *Vir Quaestorius*, quum semper sit *Viator Quaestorius*.

N. 3151; paullo correctius Mar. Arv. 672. Cos. a. 253; cf. Borghesi, Burb. p. 33. contra Mar. l. l.

N. 3155: not. 1. recte quidem *ex quinque decuriis* legendum esse statuit Hagenb.; sed nota titulum Africanum n. 6956, in quo *tertia* praeterea *decuria* laudatur, ita ut inscriptio quoque Grut. 443, 1 fortasse recte se habeat.

N. 3156, v. 3. IVDIC. EX. DEC. QVINQ; Mommsen, I. N. 719.

Fragmenta fastorum consularium anno 1815 in foro Romano effossa primus publici iuris fecit Carolus Fea v. c. in libro, cui titulus: *Frammenti di fasti consolari e trionfali* cet. Romae, 1820, 4, p. 1 et 2; cf. p. XXIV et XXV. Eorum primum et alterum egregie, ut solet, Borghesius et illustravit et restituit in Actis Academiae pontificiae Romanae vol. I, 1, p. 181 seqq. et I, 2, p. 373 seqq., easdem vero dissertationes libris quoque singularibus edidit Mediolani 1818 et 1820[1]). Ipse contuli archetypa in aedibus Conservatorum Capitolinis nunc asservata.

1) Nova fragmenta litteris maiusculis distinxi, minusculis vero, quae ex fastis Capitolinis desumpta sunt; minusculis inclinatis supplementa indicata sunt.

6433. (anni ab U. c. 294—304 Varr.)

	p · valerius · p · f · volusi · n · poblicola ii	*c · claudius · ap · f · m · n · inrigill · sabinus*
	in · mag · mortuus · est · in · eius · l · f · e	
	l · quinctius · l · f · l · n cincinnatus	
	q · fabius · m · f · k · n · vibulanus · iii	*l · cornelius · ser · f · l · n* · MALVGINESIS · VR*itin · l · f · x*
	c · nautius · sp · f · sp · n · rutilus · ii	· · · · · · · · · · *f* · · N CARVEN*tanus*
		IN · M*ag* · MORTVVS · EST · IN · EIVS · L · F · EST
		L · MINVCIVS · P · F · M · N · ESQVILIN · AVGVRIN
	l · quinctius · l · f · l · n · cincinnat	DICT
		REI · GERVNDAE · CAVSSA
	l · tarquitius · l · f · flaccus	MAG · EQ
	c · horatius · m · f · m · n · pulvillus · II	Q · MINVCIVS · P · F · M · N ESQVILINVS
	m · valerius · m' · f · m · n · maxuMVS	SP · VERGINIVS · A · F · A · *n* · TRICOST · CAELIOMONT
	t · romilius · l · f · t · n · rocus · vaticaNVS	C · VETVRIVS · P · *f* · · · *n* · CICVRINVS
	p · tarpeius · m · f · m · n · montan · ca*p*ITOLIN	A · ATERNIVS · · *f* · · · *n* VARVS · FONTINALIS
ccc	sex · quinctilius · sex · f · p · n ·	P · CVRIATI*us* · · *f* · · · N · FISTVS · TRIGEMIN
	p · sestius · q · f · vibi · n · capito*l* · *va*TICANVS	T · MENEN*ius* · *agripp* · F · *agripp* · *n* · LANATVS

---

ap · claudius · ap · f · m · n · crass in*ri*GILL SABIN · II T · GENV*cius · l · f · l · n* · A*ugu*RINVS

abdicarunt · ut · *dece*MVIRI · CONSVLAR*i* · *imperio* · *fier*ENT

decemviri · consular*i* · *impe*RIO · LEGIBVS · S*cribundis* · *fact*I · EOD · ANNO

ap · claudius · ap · f · m · n · crass in*rigill* · *sab*IN · QVI · COS · FVE*r* · *ser* · *sulpicius* · *ser* · *f* · *se*R · N · CAMER*in* · *cornut*	
t · genucius · l · f · l · n · augurin *qu*I · COS · FVER	*p · sestius · q · f · vibi · n · capitol · vaticanus*
sp · veturius · sp · f · p · n · cr*as*SVS · CICVRINVS	*p · curiatius · · · f · · · n · fistus · trigemin*
c · iulius · c · f · l · n · IVLVS	*t · romilius · t · f · t · n · rocus · vaticanus*
a · manlius · cn · f · p · n · VVLSO	*sp · postumius · a · f · p · n · albus · regillens*

---

ap · claudius · *ap · f · m · n* · CRASS INRIGIL SABI*n · ii*	*q · fabius · m · f · k · n ·* *vibulanus*
m · cor*nelius · l · f · se*R · N · MALVGINESIS	*q · poetelius · · · f · · · n ·* *libo · visolus*
m · sergius · · · f · · · n · ESQVILIN*us*	*k · duilius · · · f · · · n ·* *longus*
*l · minucius · p · f · m · n · esqui*LINVS · AVGVRI*nus*	*sp · oppius · · · f · · · n ·* *cornicen*
t · antonius · · · f · · · n · MERE*nda*	*m' · rabuleius · · · f · · · n*

6434. (anni U. c. 350—360 Varr.)

	p · cornelius · m · f · m · n ·	maluginensis	sp · nautius · sp · f · sp · n	rutilus · iii
	cn · cornelius · p · f · a · n ·	cossus · ii	c · valerius · l · f · vol · n · potitus ·	volus · iii tr · mil ·
	k · fabius · m · F · Q · N	ambustus	m' · sergius · l · f · l · n	fidenas
cccl	m' · aimilIVS · MAM · F · M · N · mamercin · ii		m · furius · · · f · · · n	fusus
	ap · clauDIVS · P · F · AP · N · crassus · inregillensis		l · iulius · sp · f · vopisci · n	iulus tr · mil ·
	m · quiNCTILIVS · L · F · L · N	varus	l · valerius · l · f · p · n ·	potitus · iii
	ceNS · M · FVRIVS · L · F · SP · N · Camillus ·		m · postumius · a · f · a · n · albinus · regillens · l · f · xvi	
	c · seRVILIVS · P · F · Q · N	AHALa iii	q · sulpicius · ser · f · ser · n · camerin · cornut	
	q · Q · F · P · N	FIDENas	a · manlius · a · f · cn · n ·	vulso · capitol · ii tr · mil
	l · vIRGINIVS · L · F · OPETR · N · TRICOST · ESQVIlin		m' · sergius · l · f · l · n	fidenas · ii
	m · fVRIVS · L · F · SP · N	CAMILLVS	l · iulius · l · f · vopisci · n	iulus
	cn · coRNELIVS · P · F · A · N	COSSVS · III	m' · aimilius · mam · f · m · n · mamercin · iii tr · mil ·	
	l · valeRIVS · L · F · P · N	POTITVS · IIII	k · fabius · m · f · q · n ·	ambustus · ii
	p · manLIVS · M · F · CN · N	VVLSO	P · maelius · sp · f · c · n ·	capitolinus
	p · liciniVS · P · F · P · N · CALVVS · ESQVILINVS		SP · Furius · l · f · sp · n	medullinus tr · mil ·
	l · titiniVS · L · F · M · N	PANSA · SACCVS	L · POBLilius · l · f · voler · n · philo · vulscus	
	cn · genuCIVS · M · F · M · N	AVGVRINVS	C · DVILius · k · f · k · n	longus
	l · atiliuS · L · F · L · N	PRISCVS	M · VETVRius · ti · f · sp · n · crass · cicurin	tr · mil ·
	m · pompONIVS · L · F · L · N	RVFVS	VOLER · POblilius · p · f · voler · n ·	philo
	l · valeriuS · L · F · P · N	POTITVS · V	L · FVRIVs · l · f · sp · n ·	medullin · iii
	m · valerius · M · F · M · N	LACTVCIN · MAXVM	Q · SERVILIVS · q · f · p · n ·	fidenas · ii tr · mil ·
	m · furius · l · f · sp · n ·	camillVS · II	Q · SVLPICIVS · SER · f · ser · n · camerin · cornut · ii	
	l · iulius · l · f · vopisci · n ·	iuluS · II	L · SERGIVS · M · F · L · N ·	fidenas
	l · furius · l · f · sp · n ·	medulliNVS · IV	P · CORNELIVS · P · F · m · n ·	maluginensis tr · mil
	a · postumius · · · f · · · n · albinus ·	regillENSIS	A · MANLIVS · A · F · Cn · n ·	vulso · capitol · iii
	l · titinius · l · f · m · n · pansa ·	sACCVS · II	Q · MANLIVS · A · F · cn · n · vulso · capitol	
	p · licinius · p · f · p · n · calvus ·	eSQVILINVS · II	CN · GENVCIVs · m · f · m · n · augurinus · ii · in · pr · o · e tr · mil	

m · furius · l · f · sp · N CAMILLVS DIct
rei · gerund · caussa
p · cornelius · p · F · M · N · MALVGINENSIS MAG · eq

p · cornelius · p · f · · · n COSSVS L · FVrius · l · f · sp · n · medullinus · v
p · cornelius · · · f · · · n SCIPIO q · servilius · q · f · p · n · fidenas · iii tr · mil ·
k · fabius · m · f · q · n ambuSTVS · III m · valerius · m · f · m · n · lactucin · maxum · ii

m · furius · l · f · sp · n camilluS · III l · valerius · l · f · l · n · poblicola
l · furius · l · f · sp · n medullinus · vi sp · postumius · · · f · · · n · albinus · regillensis tr · mil ·
c · aimilius · ti · f · ti · n mamercinus p · cornelius · · · f · · · · n · · · · · · · · · · · ·

6435. (anni ab U. c. 361—364 Varr.)
l · valerius (l · f · l · n ·) potitus p · corneliVS · · · · f · · · n · maluginensis · cossus
vitio · facti · abdicaruNT · IN · E · l · facti · sunt
l · lucretius · · · f · · · · n · flavus (tricipitinus) ser · sulpICIVS · Q · F · SP · n · camerinus
cens · l · papirius · · · f · · · n · cursor · c · iulIVS · SP · F · VOPISCI · N · Iulus
IN · MAG · MORT · EST · in · e · l · f · est
M CORNELIVS · P · F · P · n · maluginensis
l · valerius (l · f · l · n ·) potitus M · MANLIVS · T · F · A · N · capitolinus

l · lucretius · · · f · · · n · (flavus) tricipitinus L · AIMILIVS · MAM · F · M · n · mamercinus
ser · sulpicius · q · f · ser · n . camerinus agrIPP · FVRIVS · SEX · f · · · n · fusus tr · mil ·
l · furius · l · f · sp · n · medullinus vi c · aimILIVS · TI · F · TI · N · mamercinus · ii

q · sulpicius · · · f · · · n · longus q · fabiVS · M · F · q · n ambustus
q · servilius · q · f · p · n · (priscus) fidenas · iv k · fabius · m · f · q · n · ambustus · iv tr · mil ·
p · cornelius · p · f · m · n · maluginensis ii n · fabius · m · f · q · n · ambustus · ii [1])

1) In supplendo hoc fragmento fastos a Baitero ordinatos secutus sum. — Aliud quoddam fragmentum paucarum litterarum idem v. d. ex Laurentii auctoritate ad annos ab U. c. 327 et 328 Varr. retulit; neque tamen video, quo modo litteras I . COR ultimi versus in hoc anno collocari possint (Fea, l. l. n. 5):

S . Q
TVMIVS
ORNELIVS
I . COR

[Si licet reponere A . COR, versus ultimus pertinet ad A. Cornelium Cossum mag. eq. Baiter.]

6436. Fragmentum aliud anno 1818 in Foro Romano prope columnam Pho[…] enim prope templum trium columnarum, quod Castorum fuisse plerique […] autem altera fragmenti pars ad annos ab U. c. 470—474, altera ad annos 536—[…] torum, ubi ipse contuli.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

c · servilius · · · f · · · n · tucca *l · caecilius · (c · f) · · n · metel*L · DENTI
p · cornelius · · · f · · · n · dolabella max · cn · domitius · cn · f · cn · n · CALVIN MAXI

cens · · · · · · · · · · · · *q · caidicius · q · f · · ·* N · NOCTVA · ABD
c · fabricius · c · f · c · n · luscinus *q · aimilius · · · f · · · n* PAPVS
l · aimilius · q · f · q · n · barbula *q · marcius · q · f · q · n* *p*HILIPPVS
p · valerius · · · f · · · n · laevinus *ti · coruncanius · ti · f ·* TI · N

· *cn · domitius · cn · f · cn · n · calvinus maximus* DICT
COMIT · H · C
· MAG · EQ
cens · · · · · · · · · · *cn* · DOMITIVS · CN · F · CN · N · CALVIN · MAX · L · F · XXI
*postea qu*AM · DICTATVRA · ABIIT
. . . .

6437. Fragmentum fastorum Capitolinorum, ad annos U. c. 607—613 Varr. pertinens: edidit et cum fastis Capitolinis composuit Biondius marchio, Act. Acad. pontif. arch. VI, p. 367, tabb. III, IV. De supplementis cf. ad n. 6433. not. 1. Vidi ibidem.

P · C*ornelius · p · f · p · n · scipio ·* african · aimil | c · livius · m · aimiliani · f · m · *n · dru*
CEN*s · l · cornelius · cn · f · l · n ·* lentulus · lupus | l · marcius · c · f · c · n · censori*n · l · f ·*
CN · CO*rnelius · c · f · l · n ·* lentulus | l · mummius · l · f · l · n
Q · FABIVS · *q · f · q · n ·* max · aimilian | l · hostilius · *a · f ·* l · n · *man*cinus
SER · SVLP*icius · ser · f · ser · n ·* galba | l · aurelius · *l · f · l · n ·* cotta
DCX · AP · CLAV*dius · ap · f · ap · n · pul*cher | q · caecilius · *q · f · l · n · metell* · mace
L · CAECIL*ius · q · f · q · n · metell ·* calvus | q · fabius · *q · f · q · n · max* . *servilia*
CEN*s · p · cornelius · p · f · p · n · scipio · afric*an · aimilia*n · l · mummius · l · f · l · n · l ·* f ·
C*n · servilius · cn · f · cn · n ·* caepio | q · pom*peius · a · f* · · · · · ·

6438. Fragmentum fastorum consularium rep. ad viam Cassiam prope aedem D. Philippi Nerii, MMD p. a Roma: edidit et explevit Biondius marchio, l. l. p. 273 seqq., tabb. I et II. Ipse contuli in aedd. Conservatorum Capitolinis.

(anni ab U c. 713—715 Varr.) | (anni ab U. c. 732—742 Varr.)
l · antonius *p · se*RVILIVS | L · MVNATIVS · PAVL · AEM*ilius*
cn · domitius *c · as*INIVS | M · LOLLIVS Q · *lepidus*
suf *l · co*RNELIVS | M · APPVLEIVS P · *Silius*

[illegible] est [illegible] ab eo, quo cetera fragmenta reperta sunt: haec [illegible], certa [illegible] omnes constat: cf. Fea, l. l. n. 6 et p. XXVI. Pertinet [illegible] Iacobi [illegible] usus sum. Exstat nunc in aedd. Conserva-

. . . .

[illegible] - . . N SCIPIO TI · SEMPRONIVS · C · F · C · N · LONGVS
[illegible] - . . Q · N · GEMINVS C · FLAMINIVS · C · F · L · N · IN · MAG · IN
PROELIO · OCCISVS · EST · IN · EIVS · L · F · E
M · ATILIVS · M · F · M · N · REGVLVS · II
ABIVS · Q · F · Q · N · MAXIM · VERRVCOSS · II DICT
INTERREGNI · CAVS
MINVCIVS · L · F · C · N · RVFVS MAG · EQ
VETVRIVS · L · F · POST · N · PHILO DICT
COMIT · HAB · CAVSSA
POMPONIVS · M · F · M · N · MATHO MAG · EQ
MILIVS · M · F · M · N · PAVLVS · II C · TERENTIVS · C · F · M · N · VARRO
IVNIVS · D · F · D · N · PERA DICT
REI · GERVND · CAVSSA
SEMPRONIVS · TI · F · TI · N · GRACCHVS MAG · EQ
ABIVS · M · F · M · N · BVTEO · DICT · SINE · MAG · EQ · SENAT · LEG · CAVSSA
MPRONIVS · TI · F · TI · N · GRACCH L · POSTVMIVS · A · F · A · N · ALBINVS · III
. . . . PRAETVRA · IN · GALL · OCCIS
IS · QVOD · ANTEQVAM · CIRETVR
OCCIS · EST · IN · EIVS · L · F · ·

. . . .

	p ·	CANIDIVS	C · SENTIVS Q · LV*cretius*
l · marcius	*c* ·	CALVISIVS	SVF M · VI*nucius*
suf	*l* ·	COCCEIVS	P · CORNELIVS CN · LE*ntulus*
	p ·	ALFENVS	C · FVRNIVS C · SILA*nus*
ap · claudius	*c* ·	*n*ORBANVS	L · DOMITIVS P · CORNE*lius*
suf	*p* ·	CORNELIVS	SVF L · TARIVS
	l ·	MARCIVS	M · DRVSVS *l · calpurnius*
l · caninius	M ·	AGRIPPA	M · LICINIVS *Cn · co*RN*elius*
suf	*t* ·	STATILIVS	TI · CLAVD*ius p* · QVINCTIL*ius*
l · gellius	*m* ·	COCCEIVS	M · VALE*rius p · sulpicius*
suf	· ·	N · · · · ·	*suf* · · · · · · · ·

6439. In fragmento fastorum, quod dicitur Colotianum (Grut. 298, 1), corrige in col. I, v. 8 pro *q . lepidus* Q . PEDIVS, et in col. II, v. 1. SVF; v. 2. pro *l · ae* · · · L · AR*(runtius)*; v. 10. CL. L · DOMITIVS; v. 14. fin. PQ · · ·; v. 15. fin. P · · · — Vidi ibidem.

6440. (ann. U. c. 742 Varr.)

. . . .

m · valerius · messalla	*p · sulpicius · quirinius*
suf · · · · · · · ·	*c · val*GIVS · *rufus*
· · · · · · · ·	*c* · CANINIVS · *rebilus*

· · · · · · AVG L · VOLVSIVS · SA*turninus*
imp · *cae*S*a*R · PONTIF · MAXIM · CR*eatus* · *pr*
non · *mart* · CONGIARIVM · POPVLO · *dedit*
· · · · · · RIVS · M · F P · RVPIL*ius* · · · · ·
· · · · · · RI · · · · · · · · · · · · AEL*ius* · · · · ·
· ·

Ripatransonae in Piceno. Murat. 2017, 5; rest. Borghesius, Decad. num. VI, 6, p. 25.

6441. (anni 749 et 750 ab U. c. Varr.)

· ·
· · · · · · · · · · · INVS · · · · · · · · · · · · · · · ·
imp · *caesare* · AVGVST · XII L · *cornelio* · *p* · *f* · *sulla* · *cos*
suf · *l* · *vini*CIVS · L · F · M · N *Sex* · *pompeius* · *cn* · *f* · *sex* · *n* ·
ser · *s*VLPICIVS · C · F · GALBA
· · · NNIVS · L · F · CANVL · CRISP · L · H · · · · · · · · · · · *iiii* · *vir*
· · · · · · · · · · · · AF · L · FV · · · · · · · · · · · *aed*
c · *calvisio* · C · F · SABINO L · *passieno* · · · *f* · *rufo* · *cos*
· ·

Luceriae. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 219; rest. Borghesius, cuius supplementa recepit Mommsenius, I. N. 932, nisi quod pro *iiviris* Borghesii rectius *iiiivir* scripsit.

6442. (anni ab U. c. 762—771 Varr.)

q · *sulpicius* · *c*AMERINVS · C · POPPAFVS (sic)
suf · *q* · *popp*AEVS · SECVND · M · PAPIVS · MVTIL
p · *corne*LIVS · DOLABELL · C · SILANVS
*s*ER · LENTVLVS · Q · IVNIVS · · BLAESVS [1])
T · STATILIVS · TAVRVS · M · AEMILIVS · LEPID [2])
GERMANICVS · CAESAR · C · FONTEIVS
SVF · C · VISELLIVS · VARRO
L · MVNATIVS · PLANCVS · C · SILIVS
A · CAECINA · LARGVS [3])
SEX . APPVLEIVS · SEX · POMPEIVS
DRVSVS · CAESAR · C · NORBANVS · FLACCVS
SVF · M · SILANVS [4])
SISENNA · STATILIVS · TAVRVS · L · SCRIBONIVS
SVF · C · VIBIVS · LIBO · C · POMPEIVS · GRAECINA [5])
C · CAELIVS · [6]) L · POMPONIVS · FLACCVS
SVF · C · VIBIVS · MARSVS · L · VOLVSEIVS · PROCVL [7])
TI · CAESAR · AVGVST · III · GERMANICVS · CAESAR · II
· · · · · · FEB · L · SEIVS · TVBERO · III · K · MAIAS
l · *valerius* · (?) *a* CISCVLVS · K · AVGVST
q · *marcius* · *barea* · *t* · *rustius* · *numm*IVS · GALL [8]).

Fragmentum fastorum consularium Antii anno 1846 effossum, cuius prima notitia debetur Sibyllae Mertens-Schaaffhausen clarissimae feminae. Ipse Antii et descripsi et ectypum chartaceum mihi paravi, ex quo edidi in Ephemeridibus archaeologicis Gerhardianis 1846, p. 289 seqq.;

cf. ibd. p. 388 et Bull. Inst. Arch. 1847, p. 50, n. 1. — Litteris aetatis paullo posterioris ita exaratum est, ut dubium esse nequeat, quin uno tempore hoc fastorum exemplum conscriptum sit; unde, quae minus recte in iis leguntur, quaeque vix intelligi possint, si singulis annis singula consulum nomina in iis signata esse statueris, multo sane facilius explicantur. Ceterum plenam huius fragmenti illustrationem a Borghesio exspectamus.

1) Cf. Borghesi, *sopra un' iscrizione del Museo Campana*, p. 13, cuius sententia de Blaeso hoc loco fastis Capitolinis inserendo egregie confirmatur; cf. n. 7212. 2) Male M . AEMILIVS pro M̅ . AEMILIVS (cf Or. 2715 et 4263; Mur. 664, 4; Grut. 334, 9), maleque L. Cassius Longinus suf. kal. Iuliis in locum Lepidi omissus est; Borghesi, in litteris ad me datis. Cf. fast. Capit. et Or. 2489. 3) Idem vir doctus suffectos huic anno Aemilium Mamercum Scaurum et Cnaeum quendam Firmum gentis ignotae adscripsit (Bull. Neap. IV, p. 85), in litteris vero modo laudatis C. Silium a Caecina Largo adoptatum omnibus nominibus C. Silium C. f. Caecinam Largum sive C. Caecinam C. f. Largum Silianum appellatum esse coniecit confirmavitque varia fastorum quorundam scriptura, in quibus pro *Silio* legitur *Silano*, *Silvano*, *Siliano*, cuius loco in fastis Graecis etiam *Γ. Σίλιος. Γ. υἱ. Καικίνας ΛΑΡΙΟΣ* (i. e. *ΛΑΡΓΟΣ*) exhibetur. In fastis autem Capitolinis suffectorum nomina abrasa sunt. Quae quum ita sint, omnia bene sese haberent, nisi ante nomen *Caecinae* praenomen *Auli* exstaret, quod errori quadratarii tribuendum est, si recte Borghesius iudicavit. Praeterea credi vix potest, cetera Silii nomina in versum sequentem translata esse, quamvis spatium in antecedenti plane sufficeret. Mihi igitur hoc quidem probabile est, Caecinam Largum ab eo certe, qui fastos Antiates exaravit, pro suffecto habitum esse; de ceteris videat Borghesius, cuius haec peculiaris provincia est. 4) Cf. Mar. Arv. p. 72; Card. *Dipl.* n. 206 et 207; Borghesi, *Giorn. Arc.* t. LIV, p. 78. 5) Borghesius in epistola laudata pro *C. Pompeio Graecina* scribendum fuisse docuit P . POMPONIVS . GRAECINVS (cf. Ovid. de Ponto I, 7; II, 6; IV, 9; Amor. II, 10; Fabr. 701, 224; Cardinali, *Memorie romane* I, p. 235; Borghesi, *Decad. num.* XI, 6, p. 25 seqq.), eundem hunc consulem cum amico Ovidii fuisse eo potissimum corroborans, quod frater illi in honore successisse dicitur (de Ponto IV, 9); in omnibus enim fastis Pomponius Flaccus anno sequenti adscribitur. Male etiam Graecinus ille post Vibium refertur, quum in titulo Fabrettiano (701, 224) una iam cum Statilio Tauro commemoretur, maleque nota diei omittitur, quo consulatum iniit; nam eodem titulo eum non kalendis Iuliis, sed ante IIII . certe Nonas Martias Scribonio suffectum esse docemur. 6) Magna semper inter viros doctos dubitatio fuerat, num *Caelio*, an *Caecilio* huic consuli nomen fuisset. quum variae invenirentur et librorum et lapidum lectiones. Iam vero tituli Grut. 448, 8, Mur. 92, 6, Gud. 60, 2 cet. Ligoriani sunt omnique auctoritate carent; contra fastis Lunensibus (n. 6443) et Dionis potissimum testimonio (57, 17) *Caecilium* eum appellatum esse nunc constat; cf. Maff. M. V. 353, 1. Nihilo minus nomen *Caelii* nostro fragmento confirmari credere possis; sed tot tantosque errores in eo notavimus, ut fide ne in hoc quidem loco dignum sit. 7) Fasces Vibii Marsi quo anno tribuendi essent, ante inventum hoc fragmentum ignorabatur; de proconsulatu eius Africano cf. Borghesi, *Decad. num.* X, 4. — Gens Voluseia omnino ignota est. 8) Tubero suffectus Tiberio incerto quodam die mensis Ianuarii (Grut. 26, 9). Ei num *iii . k . maias* Aiscnlus suffectus sit, an Germanico hic successerit, non liquet. Id tantum constat, kalendis Augustis duos consules suffectos esse; duobus enim nominibus opus est, quibus spatium impleatur.

6443. *ob d*ECESSVM · C · · [1]) a. p. Chr. n. 19.

P · LVCILIVS · C · · · · · · [2])

II VIR ·

M · SVELLIVS · M · · · · · ·

M VALERIVS MESSALLA M AVR*elius · cotta cos* a. p. Chr. n. 20.

V · K · IVN · DRVSVS [3])

TRIVMPHAVIT EXILL*yrico*

VII · IDVS · IVN · NERO TO*gam virilem* 4)
SVMPSIT · CONG · D · 5)
M · VALERIVS · · · · · · ·
II · VIR ·
C · AVIAN · · · · · · · · · ·

TI CAESAR IV · *drusus · caesar · ii · cos* a. p. Chr. n. 21
Fragmentum fastorum municipalium coloniae Ostiensis; exstat Romae inter lapides ab Aemiliano Sarti cl. mem. v. collectos nunc in horreis Musei Capitolini adservatos. Ipse Sartius communicavit cum Mommsenio, qui edidit in Anall. epigr. 4 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 290). Alterum eorundem fastorum fragmentum v. n. 6446.

1) *Inferiae actae ob dECESSVM Germanici*, M. Eo enim anno Germanicus mortuus est. 2) *Gamala*, S.; cf. Or. 3882. 3) Ti. Caesaris Augusti filius; anno 17 in Illyricum missus (Tac. Ann. II, 44; cf. 53), quum Maroboduo in deditionem accepto senatu ovationem obtinuisset (l. l. et 63. 64), Romam anno 20 propter funus Germanici rediit; mox denuo in Illyricum profectus (III, 6), paullo post in Urbem reversus est (III, 11), eaque *egressus repetendis auspiciis mox ovans introiit* (III, 19); M. 4) Filius Germanici. 5) Tac. III, 29; Suet. Tib. 54.

6444.

D · HATERIO · AGRIPPA · C · SVL · GALBA · COS ann. 22 p. Chr.
HILARIO · VIL · MAG · POS · CONSVLES
ET · NOMINA · DECVR 1)
SISENNA · STATILIO · L · SCRIBON ann. 16 „ „
HILARVS · VACCIO
SCARIPPVS · NERVLVS
L · POMPO · FLACCO · C · CAECILIO 2) ann. 17 „ „
TIBVRTINVS · PHILO θ 3)
CAPITO · SOLVMARVS
III II 4)
TI · CAESAR · GERMAN ann. 18. „ „
TYGRANVS · FELICIO
HERMIPPVS · PRIMVS
M · SILIO · L · NORBANO 5) ann. 19. „ „
CABNVS · OPTATVS
APOLLONIVS · CAIO
· · · · · · · · · · · TE 6)

Rep. in valle *Bedizzani* prope Lunam (Carrara). *Giorn. Arcad.* XI, 33, ex Repetti, *cenni sopra l'Alpe Apuana*, p. 67.

1) Sc. collegii alicuius. 2) Cf. n. 6442 not. 6. 3) i. e. *defunctus*. 4) Numeros spectare nota ad nomina infra scripta. 5) Sic in *Giorn. Arcad.* legitur, licet apud omnes constet, M. Iunium Silanum fasces eius anni gessisse. Ipsum librum Repettii inspicere non licuit. 6) Fortasse TA, i. e. M. Aurelio *cotTA*, qui cum M. Valerio Messalla consul fuit.

6445. Calendarium sive fastos Antiatinos quum nunquam bene editos esse cognoverim, hoc loco proponere placet ex apographo, quod ipse in Museo Capitolino mihi paravi. In quo typis exprimendo versus de consilio abrasos punctis duplicibus indicavi. Fastos esse collegii cuiusdam servorum et libertorum Antiatini satis constat.

n. 38.]

n. 39.]

n. 40.]

sulatus C. Caesaris Aug. IV, Sentii Saturnini (a. 41).

TI · IVLIVS · GRAPIιιNATA (sic)
TI · CLAVDIVS · ROMANVS
BATHYLLVS · VER · CAPR · ABIB [8])
PRIMVS · HILARIAN · ASVPEL
ARGAEVS · GIBER · CENSORIN [9])
SECVNDVS · TEC · EVPORIAN

ZORA ATR
SEPVNIVS · CLARVS · EX · D · D · HS ∞∞

Q VERANIO
A POMPEIO GALLO CoS [a. p. Chr. n. 49.]
HELIVS ATR
HERmes lAPID
TI · claudius cHRYSAO
PHILippus PAVIMEN
SATVRNINVS SPHAER
GORA ATREN

C ANTISTIVS · VETVS (sic)
M SVILLIO NERVLLINO CoS [a. p. Chr. n. 50.]
MYRO · AVG · L · PICTOR
FELIX · AVG · L · TVSCVL
ANTEROS TEGVL
EVPHEMVS · · ALIAN (sic) DISPEN
IANVARIVS · PiSTOR
APOLLONIVS ATR

TI CLAVDIO AVGVSTO V
SER CORNELIO ORPHITO CoS [a. p. Chr. n. 51.]

NI-MPHIVS · DEL · · · AN SVBVIL
AGA*t*HOPVS ON · · · MEDIC
S : : : POI ı : I : :
· · · · · · · · · IVS ALIAA CORIN
· · · · · · *s*PECLAR II
· · · · · DIVAE AVGVSTAE · L · MED
· · · · · VS FAVON THER

AK NOV F INCIRCO
B IIII F
C III C
D PR C LVDI · PLEB · COM · HS · DC
E NON F LVDI
F VIII F LVDI AGRIPP · IVL · NAT
G VI*i* C LVDI
h vi C LVDI
POL A V C LVDI
C B IIII C LVDI
C III C LVDI
D PR C LVDI
E ID N̄P EPVLVM · INDICITVR
F XIIX F EQVOR · PROB
ST G XVII C INCIRC
H XVI C INCIRC · TI · AVG · NATAL
A XV C INCIRC · SOL· INSAGITT
TOG *osit* B XIV C MERCATVS

G K DEC I
H IV N
A III N
B PR F
C NON F
D VIII F
E VII C
F VI C
G V C
H IV C
AIII AG N̄P
B PR F
C ID N̄P TEL*luri*
D XIX F
E XIIX CON*s*
F XV I*i*

9 sqq. 8) Nota in hoc versu et in aliis, qui sequuntur, formam I- litterae a Claudio ... us prioribus et tempore priore exaratis nondum invenitur. Mirum autem est, quod ... 13. Suet Claud. 41. CAPR vix esse potest CAPR*arius*, utpote iunctum cum ABIB; ... st *verna Capreis natus*. Mommsen.] 9) Ita scriptum pro *gibber*, qui ut *pumilio* ... ludicro eius spectaculo dominus delectaretur. [Mihi est GYBER*nator*, quod saepe ... ipso calendario cf. Or. vol. II, p. 379, sqq.

6446.

	VOLVSIÁNÓ · ARI · · · · · ·
	*ful*MINE · ICTA · CONI · · · · · 1)
· · · · · · ON	AÉDILICIOS
	II · VIR · C · P · Q 2) C · CVPERIV*s* · · · · ·
· · · · · · VS	C · ARRIV*s* · · · · ·
· · · · ABIN 3)	DOMITIANVS · XVI · Q · VOLVS*ius · saturninus · cos* · 4)
· · · · NOC	IDIB · IAN · L · VENVLEIVS · A*pronianus*
· · · · · · N	K · MAI · L · STERTINIVS · AVÍTVS · TI · · · · · · · ·
· · · O EST	K · SEPT · C · IÝLIVS · SÍLANVS · Q · ÁR
	II · VIR · L · TERENTIVS · TERTIV*s* · · · · · · ·
	· · · · · · · · · · · · · · · · ·

Rep. Ostiae nunc in Mus. Vat. asservatur, ubi vidi. Fea, Fasti p. XLIV, n. 19; Cardinali, *Dipl.* n. 143; Mommsen ex apographo Sartii, Anall. 4., *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 291. Litterarum forma et magnitudo verborumque dispositio hoc fragmentum partem fuisse indicant eorundem fastorum, quorum alterum fragmentum proposuimus n. **6443**.

1) *in* VOLVSIANO ARB*or ful*MINE . ICTA . CONF*lagravit*, Sarti, apud Mommsen, l. l.; *fulgur . in fundo* . VOLVSIANO . ARB*ore* . *fulmine* . ICTA . COND*itum* . *est . per* AEDILICIOS, Mommsen. 2) II . VIR*i Censoriae* . *Potestatis* . *Quinquennales*. 3) l. Domitianus X, Ap. Iunius *Sabinus* cos. a. 85. 4) Cos. a. 92. — Ceterum Feae aetate nonnullae litterae exstabant, quae hodie desiderantur; in columna enim sinisteriore ante ON alium versum notat, cuius sola littera I supererat; v. 3. SABIN; v. ult. DEST; in columna altera v. 1. ARF; v. 3. AEDILICIOS sine accentu; v. 6. VOLVSI . . .; v. 8. TI . I . . .; v. 9. Q . ARV . . . .

6447.

· · · · · · · · · · · · ·		· · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · ·		K · · · · · · · · 1)
· · · · · · · · · · · · ·		· · · · · ·
· · · · · · · · · · · · ·	S	COS L · · · · · · · · 2)
· · · · · · IVIANV	S	C · A · · · · · 3)
l · ragonius QVINTIANV	S	COS C · PI · · · · · 4)
m · MALRIVS · BASSV	S	KAL · IA · · 5)
· · M · VMBRIVS · PRIMV	S	COS K · · · · · · · · 6)
FLAVIVS · COFLIANV	S	I E · · · · · · 7)
· · IONIVS · PROCVLV	S	COS K M · · · · · · · 8)
· · ELVIVS · CLEMEN	S	K APλ · · · · 9)
· · FLAVIVS · DECIMV	S	COS K MA · · · · · 10)
· · MINIVS · MAXIMV	S	PPII · · · · · · 11)
· · λEIVS AXIV	S	M VLPIVS · CIVIλIS · IIVIR · 12)
· · VINVS · PRAPELLV	S	MRCELLVS AED 13)
· · VS · P · SEXILILV	S	IVLIANVS QQ 14)

Olim Calibus in pavimento ecclesiae cathedralis. Mommsen, I. N. 3946, ex Ricca, *osservazione sull' antica Calvi di D. Mattia Zona* I, p. 123, qui aeri incisum dedit ex schedis autographis Mazocchii desumptum. Quae varie scripsit ipse Zona, *Calvi antica e moderna*, ed. 2. p. 58, in notis addemus. Pertinet ad annum p. Chr. n. 289 et memoria quam

maxime dignum monumentum est, quippe quo etiam aetate Diocletiani quaterna per annos collegia consulum fasces gessisse declaretur.

1) Deest, Z. 2) A COS. 3) .... NTANVS. 4) ... QVINTIANV S. 5) .... SRIVS BASSV S COS; corrige *m*. MACRIVS cet; cf. n. 2263. 6) ... MBRIVS PRIMV S. 7) ... LAVTVS COELIANVS I; *coelianus* recte. 8) K M ... deest. 9) Pro K APλ Z. exhibet COS. 10) ... FLAVTI DECIMVS COS. 11) MINIVS deest, et pro PPII habet COS. 12) .... TVS M VLPIVS CIVILIS IIVIR. 13) .... NVS P RAPELLIVS MARCELLVS AED. 14) .... TVS P SEXILLIVS cet; corr. SEXTILIVS.

6448. M · VALERIVS · M · F ‖ MV · N · MESSAL ‖ P · SERVEILIVS · C · F ‖ ISAVRICVS · CES[1]) ‖ EX · S · C · TERMIN — Romae, ad ripam Tiberis prope pontem Milvium. Fea, *Fasti* p. XXXVIII, cf. Marini, I. A. p. 21 et Fabr. 487, n. 166. 167.

1) M. Valerius Messalla Niger (cos. 693) et P. Servilius Vatia Isauricus (cos. 675) censores a. 699 = 55 a. Chr. n.; Borghesi, *ultima parte della serie de' Censori romani* p. 35, ex Actis Acad pont. archaeol.

6448 a. .... ‖ · · ILVCADDO · · · · · ‖ · · AVENE PRINCIPVM ‖ · · F MAXIMVS ‖ *con*SVLATVS CVNCTA HA‖*be*RE INSIGNIA *sellam* ‖ *cu*RVLEM SCI*pionem* ‖ *pur*PVRAM · · · · · · · · — Puteolis. Fusco, *di alcune iscrizz. di Pozzuoli* cet. Neap. 1851, n. 13; rest. Mommsen, I. N. 7267.

6449. · · *c*AECILIVS · M · F · · · N ‖ PR · VRB · PRO ‖ *prae*T · 1) AMBVLATIONES · PRIVATO*rum* — In Museo Caralitano. Della Marmora, *Voyage* II, p. 481, n. 38.

1) Titulo *propraetoris* tempora liberae rei publicae indicantur. [Sed licet supplere multis modis: PRO*bavi*T; PRO*tecTa* cet. MOMMSEN.]

6450. P · PAQVIVS · SCAEVAE · ET · FLAVIAE · FILIVS · CONSI · ET · DIDIAE · NEPOS · | BARBI · ET · DIRVTIAE · PRO · NEPOS ‖ SCAEVA · | QVAESTOR · DECEM · VIR · STLITI · BVS (sic) · IVDICANDIS · EX · S · C · POST · QVAESTVRAM · QVATTVOR · VIR ‖ CAPITALIS · EX · S · C · 1) | POST · QVAESTVRAM · ET · DECEM · VIRATVM · STLITIVM · IVDICANDARVM · TRIBVNVS · PLEBIS ‖ AEDILIS · CVRVLIS · | IVDEX · QVAESTIONIS · 2) | PRAETOR · AERARII · 3) | PRO · CONSVLE · PROVINCIAM · CYPRVM · OPTINVIT ‖ VIAR · CVR · EXTRA · V · R · EX · S · C · INQVINQ · 4) PRO · COS · ITERVM · EXTRA · SORTEM · AVCTORITATE · AVG · CAESARIS ‖ ET · S · C · MISSO · AD · COMPONENDVM · STATVM · IN RELIQVVM · PROVINCIAE · CYPRI · FETIALIS · ‖ CONSOBRINVS · IDEMQVE · VIR · FLAVIAE · CONSI · FILIAE · | SCAPVLAE · NEPTIS · | BARBI · PRONEPTIS · SIMVL · CVM · EA · CONDITVS — ab altera parte: FLAVIA · CONSI · ET · SINNIAE · FILIA · | SCAPVLAE · ET · SINNIAE · NEPTIS · | BARBI · ET · DIRVTIAE ‖ PRONEPTIS · | CONSOBRINA · EADEM · QVE · VXOR · P · PAQVII · SCAEVAE · FILII · SCAEVAE · CONSI ‖ NEPOTIS · BARBI · PRONEPOTIS · | SIMVL · CVM · EÓ · CONDITA — Histonii, intus in arca gemina ingenti. Grut. 360, 3; Mur. 728, 1; v. Mommsen, I. N. 5244.

1) Munus, ni fallor, extra ordinem datum, quod distinguas a triumviratu capitali. 2) Cf. n. 592. 3) Cf. ad n. 6455. 4) INQVINQ*uennium*. — Ex honorum indole et consecutione satis apparet, maiorem partem eorum ad aetatem pertinere anno 727 Urbis priorem.

6451. CN · PETRONIO ‖ PROBATO ‖ IVNIORI · IVSTO · C · V ‖ LEG · *l*EGION · DVARVM ‖ XII*ii* · GEMIN · ET · VIII · AVG ‖ SE*ptemviro* · *e*PV*l*O*n* ‖ PROCONS · PROVINC · CRETAE ‖ LEG · PROVINC · ACHAIAE 1) ‖ PRAET · FIDEICO*m*MISSAR 2) ‖ TRIBVNO *ple*BIS ‖ *quaes*TORI · P*rovi*NCIAE ‖ *a*FRIC*ae* ‖ *cura*TORI · R*ei* PV*b*LI-CAE ‖ ARDEAT*i*NORVM ‖ QVATTVORVIR · VIARVM ‖ CVRANDA-RVM ‖ M · TERENTIVS · AELIANVS ‖ 7 L*eg* · *v*III · AVG ‖ PR*ae-si*DI · IVSTISSIMO — Nolae. Mommsen, I. N. 1988, ubi v. ceteros.

1) Legatus, sc. proconsulis. 2) Praetores fideicommissarii duo a Claudio instituti sunt; Titus pro duobus unum tantum voluit esse; cf. Marquardt, *Handb. d. R. Alterthümer* II, 3, p. 263. — Ab iis nomine tantum diversum esse PRAETOR*em* SVPRE-MAR*um* (sc. voluntatum), quem habes n. 6454, Borghesius proposuit, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 195.

6452. TI · CLAVDIO ‖ SAETHIADAE ‖ CAELIANO ‖ CL · FRONTINI ‖ COS · F · X · VIR ‖ STL · IVD · TRIB · MIL · LEG ‖ III · GALLICAE · Q · PROVINC ‖ SICILIAE · CANDIDATO · IMP ‖ ANTONINI · ET · VERI · AVGVSTOR ‖ SODALI · HADRIANALI ‖ TRIB · PLEB · PRAET · FID · COM ‖ LEGATO · LEG · XI · CL · AVG ‖ PATRONO · COLONIAE ‖ D · D — Montorii inter Salernum et Abellinum. Op. cit. 1881 (cf. 1879; 1880), ex Borghesi, *dichiaraz. d'una lapide Grut.* p. 29 (Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

6453. MEMORIAE ‖ TORQVATI · NOVELLI · P · F ‖ ATTICI · 1) X · VIR · STLIT · IVD ‖ TRIB · MIL · LEG · I · TRIB · VEXIL-LAR 2) ‖ QVAT*t*VOR · I · V · XX · XXI · Q · AED ‖ *pr* · AD · HAST · 3) CVR · LOCOR · PVBLIC ‖ *leg* · CENS · ACCIP · ET · DILECT · ET ‖ *proco*S · PROVINC · NARBON ‖ *in cui*VS · HONORIS · FINE ‖ *annos* AGENS · XXXXIIII ‖ *die prim*O IVLII DECESSIT — Tibure. Murat. 750, 9; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 317. [Mihi titulus a Muratorio ex schedis editus valde suspectus est. MOMMSEN.]

1) De eo cf. Plin. N. H. XIV, 28, 5. 2) Corr. VEXILLAT. 3) PR . HASTA-R*ium* habes Or. 2379.

6454. C · AEMILIO · BERE · · · · ‖ CIÁNO · 1) MAXIMO ‖ COS · VII VIRÓ EPVLÓN · PRÓC*os* ‖ SPLENDIDISSIMÁE PROVINCIA*e* ‖ NARBONÉNSIS · LÉG · PROPR · PRÓVIN*ciae* ‖ ASIÁE · PRÁE-TORI · SVPRÉMÁR · 2) ALLECTO ‖ INTER · TRIBVNIC · A · DÍVO · MAGN · ANTO‖NÍNO · Q · VRBÁNO · TRIBÚN · LÁTICLAVIO ‖ LEG · IIII · SCYTHICÁE · ITEM · VII · GEMINÁE ‖ ITERATO · TRIBVNÁTV · X · VIRÓ · STLITIBVS ‖ IVDICANDIS — Nemausi. Millin, *voyage* IV, p. 254; paullo correctius Pelet, *Inscriptions antiques que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste* n. 41. Ego apographum secutus sum Millingenii, a Borghesio mecum communicatum.

1) BEREniCIANO, Borghesi in Ann. Inst. Arch. 1853, p. 195. 2) PRAETORI. SVPREMARum, sc. voluntatum, id. qui nomine tantum a praetore fideicommissario eum differre credit.

6455. L · CALPVRNIVS · PISO ‖ M · SALVIVS ‖ PR · AER[1] ‖ AREAM · EX · S · C · A PRIVATIS ‖ PVBLICA · PECVNIA · REDEMTAM ‖ TERMINAVER — Romae, *in marmore reperto ad aediculam S. Salvatoris in statera, prius S. Saturnini* cet. Grut. 200, 4.

1) PRaetores AERarii, quos praefectorum loco anno 731 Augustus aerario praefecit (Dio 53, 32; Tac. Ann. XIII, 29). Eam certe aetatem etiam Salvius cognomine carens indicat. Quamquam si quis pro *praefectis aerarii* viros illos habere maluerit, ad confirmandam sententiam titulo n. 5172 uti poterit, in quo praefectus aerarii Saturni solis litteris PR designatur. — Quaestores Claudius rursum aerario imposuit (Tac. l. l.; Dio 60, 24), quorum exemplum maxime memorabile haec inscriptio exhibet:

6456. *t* · *do*MITIO · T · F · VEL · DECIDIO[1] ‖ *iii* · VIRO · CAPITALI ‖ *adlec*TO · A · TI · CLAVDIO · CAESARE ‖ *augus*TO · GERMANICO · QVI · PRIMV*s* ‖ *quaes*TOR · PER · TRIENNIVM · CITRA ‖ *ordine*M · PRAEESSET · AERARIO · SATVRNI ‖ PRAETORI — Romae. Grut. 1103, 2; rest. Borghesius, *Burbuleio* p. 46.

1) Pater Domitiae Decidianae Iulii Agricolae; Tac. Agr. 6. — *Praefectos aerariorum Saturni* et *militaris* videsis passim in lapidibus.

6456a. L · AQVILLIO · C · F · POM · FLORO ‖ TVRCIANO · GALLO ‖ X · VIR · STL · IVD · TRIBVNO · MIL · LEG · VIIII[1] ‖ MACEDONIC · QVAESTOR · IMP · CAESAR · AVG ‖ PROQVAEST · PROVINC · CYPRI ·[2] TR · PL · PR · PROCOS · ACHAIAE
Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑ‖ΓΟΥ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ Χ ΚΑι ‖ Ο ΔΗΜΟΣ Λ·ΑΚΥΛΛΙΟΝ ΦΛΩ‖ΡΟΝ ΤΟΥΡΚΙΑΝΟΝ ΓΑΛΛΟΝ ΑΝ‖ΘΥΠΑΤΟΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ‖ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ‖ ΕΠΙ ΙΕΡΙΑΣ ΠΙΠΟΣΣΘΕΝΙΔΟΣ ΤΗΣ ΝΙΚΟΚΛε‖ΟΥΣ ΠΙΡΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ
— Athenis, sub acropoli, ubi ad propylaea adscenditur. Misit mihi v. c. Vischer professor Basileensis, qui nuper edidit in libello, cui titulus est: *Archäologisches und Epigraphisches*, *Basel* 1854, 4.

1) Legio VIIII Macedonica hoc monumento primum commemoratur. 2) Proquaestorum rara admodum in lapidibus mentio est, neque ante inventum hunc titulum aliud mihi exemplum notum erat nisi Graeca quaedam inscriptio C. I. G. 5597. Cf. praeterea Marquardt, *Handb. d. R. Alterth.* III, 1, p. 283.

6457. T · TITIVS · T · F · SER · TAPPO · XXVI · VIR[1] ‖ T · TITIVS · T · F · SER · POPPALENVS · PATER ‖ GESSIA · M · F · MATER · TITIA · T · F · RVFA · SOROR ‖ PARCITIS · HEREDI · ET · VOS · INSENTIBVS · DEDITE · MORTI ‖ SIQVID · MORTVI · HABENT · HOC · MEVM · ERIT · CETERA · LIQ ‖ ARBITRATV · Q · VMBRICI · Q · F · CLA · FLACCI ‖ *h* · M · H · N · S — Rep. Nomenti, nunc in horreis Mus. Vat., ubi vidi cum Mommsenio. Actt. Acad. pontif. arch. I, 1, p. 107; Kellerm. Vig. not. ad n. 250.

1) Cf. Dion. 54, 26: liberae rei publicae tempore *vigintisexviri* appellabantur, qui postea *vigintiviri* erant. In quorum numero quum antea praeter IIIviros capitales, IIIviros monetales, IIIIviros viarum (in Urbe) curandarum, Xviros stlitibus iudicandis IIviri quoque viarum extra Urbem curandarum et IIIIviri praefecti Campaniae fuissent, Augustus illorum quidem loco curatores viarum instituit, in Campaniam vero praefecti mitti desierunt. Id quod male Kellerm. anno U. c. 741 factum esse dicit (l. l.). Recte autem idem v. d. scribam eorum apud Mar. Arv. p. 806 exstare docet.

6458. M · ARRIVS · M · F ‖ M · SEXTIVS · M · F ‖ DVOVIRI · D · C · S · 1) VIAM ‖ FACIVND · ET · REFICIVND ‖ COERAV — Apud castrum maris de Volturno. Grut. 152, 2; melius Apian. 116, 1; Mommsen, I. N. 3538.

1) De *Conscriptorum* [*Consilii?* Mommsen.] *Sententia?* — Borghesius, *della gente Arria* p. 13. duumviros hos fuisse censet viarum extra Urbem curandarum; id quod minus certum mibi videtur esse propter illud D . C . S, pro quo *De Senatus Sententia* exspectaverim. Emendare tamen notam minime audeo, quippe quae in altero titulo redeat originis incertae, licet Pompeiis a Guarinio adscripto:

6459. · · · MAENIVS · P · F ‖ · · · · BINIVS · Q · F ‖ DVO · VIR ‖ D · C · S · VIAS · F · C — Neapoli in Museo Regio. Mommsen, I. N. 6354.

neque ad senatum Romanum eam referre placet.

6460. D · M ‖ M · MESSI · M · F · GAL ‖ RVSTICI · AEMILI ‖ AFRICI · CVTI · ROMVLI ‖ PRISCIANI ‖ X̄·VIR STLITIBVS ‖ IVDICANDIS ‖ AEMILIVS · PAPVS ‖ ET · CVTIA · PRISCA · PARENTES ‖ INFELICISSIMI ‖ FILIO · OPTIMO — In vico *Castelmadama* dioecesis Tiburtinae. Giorn. Arcad. XXI, 1824, 63.

6461. · · · CL · POLLIONI ‖ IVLIANO ‖ *ae*LIO · GALLICANO · 1) C · V ‖ *x* VIRO · S · C · LITI*b* · IVDIC 2) ‖ *qu*AEST · CANDIDATO ‖ *a*DLEC · INTER · PRETOR ‖ *p*RO · COS · PROV · BAETIC ‖ *l*EGATO · PROV · ASIAE ‖ PATRON · COL · ‖ *fl*AMINI · PERPET ‖ *o*RDO · AVGVSTAL — Nolae. Bull. Neap. IV, p. 51; rest. Borghesius l. l. p. 85; Mommsen, I. N. 1985, qui vidit et correxit.

1) Postero tempore Germaniae superiori praefuit; cf. Or. 182. 2) Borghesius exemplo parum accurato deceptus minus recte hunc versum restituit.

6462. M · ORFIO · M · F ‖ M · N · RVFO ‖ III VIR · A · A · A ‖ F · F · PATER — Telesiae. Mommsen, I. N. 4852.

6463. M · HERENNIVS · M · F ‖ MAE · RVFVS ‖ PRAEF · CAP · CVM · 1) Q — Alsii (*Palo*). Titulum litteris magnis et satis vetustis exaratum exscripsit I. B. de Rossi. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 172.


1) PRAEF*ectus* mihi est CAP*uanus* CVM*is*, unus ex quattuor praefectis, qui e vigintisexvirum numero populi suffragio creati quotannis in Campaniam mittebantur (cf. Fest. s. v. *praefecturae*, p. 233 ed. M.; Liv. IX, 20; Dion. 54, 26). Quos quamquam omnes Capuae sedem habuisse Kienius nuper proposuit (*Bundesgenossenkr.* p. 57 seqq.), nihil tamen obstare videtur, quominus singulos singulis Campaniae regionibus praefuisse dicamus. Inter decem vero civitates, quas huius generis praefecturas fuisse Festus tradit, statim post Capuam Cumae laudantur, civitas sane conspicua, et ob ipsam erga Romanos fidem digna, quae praefecti sede honoraretur. — Sin autem de nomine *praefecti Capuani* aliquis dubitaverit, nomen minime teneo: rem teneo. In summa enim rerum ambiguitate facile concedo fieri potuisse, ut Capua et Cumae ad eandem Campaniae regionem pertinuerint, cuius praefectus appellatus sit *praefectus Capuae Cumis*. [Praefecti hi quattuor omnes mihi videntur dicti esse *praefecti Capuae Cumis*, ut a potioribus oppidis nomen traxerint neque tamen minus reliquis quoque praefuerint. *Capuanus* autem pro *Campano* in huius aetatis titulo non potest admitti. Mommsen.]


6464. M · FOLVIVS · M · F · *fl*AC · 1) ‖ C . SEMPRONIVS · TI · F · GRAC · 2) ‖ C · PAPERIVS · C · F · CARB · ‖ III · VIRE · A · I · A · 3) — Columnae parvulae tres; tertiae tamen sola pars superior exstat. In loco, qui dicitur *Costa Diana* in agro *Roccae S. Felicis* veterum

[illegible] repertus est, alter in loco non multum inde [illegible]; tertius nescio unde provenerit. Santoli, [illegible] Anxanti, p. 67; 62; Bull. Inst. Arch. 1847, [illegible]. Vidit nuper Brunnius et correxit. Cf. [illegible] — In parte superna haec legit Brunnius:

In altera: In tertia:







1) In altero exemplo M. F. FL .... 2) GRAC in altero exemplo deesse videtur. 3) Agris Iudicandis Adsignandis. — Inscriptiones in parte superna exaratae *lapidariae* sunt *inscriptiones in verticibus*, vel *litterae singulares*, de quibus Hyginus p. 353, ed. Lachm.

6465. Quem triumvirum *Agris Veteranis Dandis Iudicandis* in titulo Mur. 3, 2 Borghesius (*della gente Arria* p. 16) repperisse sibi visus erat, eum pravae lectioni Muratorianae debemus, qua deceptus vir summus minus recte titulum interpretatus est. Recte enim iam Apianus 127, 3 scripsit AVDI; unde quattuorvirum *c*AVDI Mommsenius suo iure in inscriptionem recepit: I. N. 2513.

6466. P · CORDIO · P · FIL · STELL ‖ VETTONIANO · EQ · R · [illegible] P · FLAMINI ‖ DIVI · VESPASIANI · PONTIFICI ‖ IVDICI · SELECTO · EX · V · DECVR · DEC ‖ · · · STATVAM · EQV· · · · · (sequuntur versus 10. nimis mutili, quam qui restitui possint) — Augustae Taurinorum. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 35.

6467. L · IVNIO · BL*aesi* (?) ‖ F · QVIRI*na* ‖ MARONI Æ · · · · ‖ PATERNO · LANCIEN*si* ‖ OMNIB · IN · REPVBLICA ‖ SVA · HONORIB · FVNCTO ‖ IIVIR · BIS · SACERD · ROM · ET ‖ AVG · CONVENT · ASTVRVM ‖ ADLECTO · IN · QVINQ · DECVRI‖*as* . . ITVMÆ 1) ROMAE · IVDICANTIVM ‖ FLAMINI · AVGVSTALI · P · H · C ‖ P · H · C 2) — De Laborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 23.

1) Corr. *iud*IcVM. Quid sit AE, non liquet. — Titulus gravis certe momenti ad indolem iudicum quinque decuriarum melius declarandam. [Supple *leg*ITVMAE. Argumentum indicat Gaius 4, 104: *Legitima sunt iudicia, quae - - sub uno iudice accipiuntur - - . Imperio vero continentur recuperatoria - -*; quod explicare non huius loci est. Mommsen.] 2) *Provinciae Hispaniae Citerioris, Provincia Hispania Citerior.*

7135. M · VLPIO · M · *f* ‖ AEM · NATALI ‖ AED · [1]) Q · ALIM ‖ HIC · AD · DECLARAN‖DAM · ORDIN · DEC ‖ ET · POPVLI · BENIVO‖LENTIAM · OBLA*tam* ‖ SIBI · OB · EDITIO‖NEM · MVNE‖RIS · P · STATVAM ‖ D · D · S · P · *p* · — Fundis. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 238; Mommsen, I. N. 4151.

1) Aediles Fundis summum magistratum obtinuisse vidimus; cf. nn. 7037. 7038.

7136. RVSTIVM · VERVM · A · V · A · S · P · P[1]) ‖ AVGVSTO · FELICITER · AEDILES · SIC · DECET — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 171.

1) *Aedilem Viis Annonae Sacris Publicis Procurandis*; cf. 6971, et n. 6972, in quo idem Rustius aedilis dicitur.

7137. Aediles Pompeianos antea vidimus *duumviros* nonnunquam dictos esse V*iis* A*nnonae* S*acris* P*ublicis* P*rocurandis*, ut in hoc monumento: M · SITTIVS · M · L ‖ SERAPA ‖ MERC · MAIAE[1]) ‖ SACRVM · EX · D · D ‖ IVSSV ‖ P · ROGI · P · F · VARI ‖ M · MELSON*i* · A · F · ITER ‖ D · V · I · *d* ‖ N · PACCI · N · F · C*h*ILO*nis* ‖ M · NINNI · M · F · POLL*ion* ‖ D · V · V · A · S · P · P ‖ M · CRASSO · CN · LENTVLO ‖ *cos*[2]) — Mommsen, I. N. 2258. Cf. nostros nn. 6968, 7051 cet.

1) Mercurio, Maiae. 2) 740.

7138. A . VETTIVM ‖ FIRMVM VERECVNDISSIMVM ‖ IVVENEM · D · V · A · S · P · P · O · V · FACIATIS — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 118.

7139. L · VINNIO · L · F · PAP ‖ FRONTONI · AED · I · D[1]) ‖ OB · MERITA · VINNĪ ‖ FLAVIANI · *tr*[2]) MIL ‖ PATRIS · EIVS ‖ P · D · D ‖ AVRELIA · MARCELLA · AVIA ‖ M · ANNIVS · MAR‖CELLVS · FRATER ‖ REMISSO · R · P · SVM*p*T*u* — Ausculi Apuli. Torcia, *Effem. enciclop. Giugno* 1795, p. 78; Mommsen, I. N. 911 suo iure correxit.

1) Eosdem magistratus novimus apud Caeretanos (Or. 3787) et Beneventanos (v. n. sequentem). 2) Torcia PATR; fortasse P . P . TR, Mommsen. [Iam malim *Patroni Municipii* TR*ibuni*. Idem.]

7140. M · GAVIVS ‖ M · FIL · PALAT ‖ SABINVS ‖ SCRIBA · AED ‖ I · D · PRAEF · FAB ‖ SIBI · ET ‖ NASENNIAE · M · F ‖ IVSTAE · VXORI · B · M — Grut. 415, 9; corr. Mommsen, I. N. 1484, ex apographo Ambroschii. Cf. eiusdem n. 1489.

7141. *Quaestores* vide passim. Hic sufficiat proposuisse inscriptionem sequentem Brixianam *quaestoris aerarii*: M · MINICIO ‖ M · F · FAB ‖ QVINTIANO ‖ DECVR · BRIX · ‖ Q · AER · M · MINICIVS ‖ MINICIANVS ‖ AVNCVLVS · EX · TESTAM ‖ AEIVS · FACIENDVM ‖ CVRAVIT — Labus, *epigrafe di Brescia*. — De *cerealibus* autem et quaestoribus rei alimentariae cf. ad n. 7025 et n. 6666 cet.

§. 14. VARIA MVNERA MVNICIPALIA.

N. 4002, spurius; Mommsen, I. N. 156*.

N. 4006, v. 5. scr. MAXIMILLIANO.

N. 4007: Mommsenius, I. N. 1486, in textu inscriptionis constituendo exemplum secutus est, quod de Vita proposuit, confirmatum a correctore quodam operis Smetiani in Bibliotheca Borbonica asservati.

N. 4008: v. 1. *procuratorem kalendarii* nunquam me videre memini; si recte titulus exscriptus est, explico: PROC. *Kastrensis*; quamvis enim ne procuratorem quidem castrensem noverim praeter suspectum n. 2972, *procuratorem* certe *rationis castrensis* habemus n. 6529.

N. 4009: confictus esse videtur ex Suet. de il'ustr. gramm. c. 17, nec FAS pro *fastigio* posuit falsarius, sed FAS*tos* Verrii indicare voluit.

N. 4011, corr. 3264.

N. 4012, in fine deest P. P; Mommsen, I. N. 2003, cuius testis locupletissimus Remondinius, *St. Nol.* I, 35, de sinceritate tituli dubitari non posse demonstrat.

7142. C · [1]) ACLVTIVS · L · F · TER · GALLVS ‖ DVOVIR · VRBIS · MOENIVNDAE · BIS [2]) ‖ PRAEFECTVS · IVRE DEICVNDO · BIS ‖ DVOVIR · IVRE DEICVNDO · TR · MIL ‖ LEGIONIS · *pr*IMAE · [3]) TR · MILITVM ‖ LEGIONIS · SECVNDAE · SABINAE [4]) Venafri. Cotugno, *Mem. storiche di Venafro*, p. 267; de Utris Ms. Ex his Mommsen, I. N. 4627, qui in lapide scalpro abraso pauca tantum vocabula ipse enucleavit.

1) L, Cot. 2) Fuit igitur Aclutius inter primos colonos Venafranos. *Venafrum* autem *oppidum quinque viri deduxerunt sine colonis* (de col. p. 239 ed. Lachm.), ubi Borghesius (*Archivio storico* XVI, I p. XCIV) cum Panvinio *IIIviri* legendum esse inscriptione quadam Venafrana comprobat, in qua COL . IVL . VENAFRVM civitas illa dicitur (n. 6662; cf. I. N. 4622); sed fortasse ad Sullanam quandam coloniam quinqueviri spectabant; cf. Zumpt, Comm. epigr. p. 347 et quae ipse de colonia Venafrana notavi in explicatione edicti Caesaris Augusti de aquae ductu Venafrano (*Strenna giubilare offerta a' fautori dell' Instituto archeologico* cet. p. 10, n. 4.). 3) IX . IMAE, male de Utr.; corr. M. 4) Cf. n. 6672.

7143. Q · OVIVS · OV · F ‖ TR · PL · [1]) VIAM ‖ STRAVIT — Venusiae. Mur. 507, 6; corr. Mommsen, I. N. 704, ubi v. cet. — Litterae sunt vetustissimae. Est iam n. 6218.

1) Cf. Tribunum plebis Teanensem n. 5985.

7144. *Actorem publicum* magistratum, non servum vidimus in monumento Lugdunensi n. 6931.

7145. L · D · D · D ‖ T · FL · T · F · FAB · SILVANO · PATR · MVN ‖ EBVR · IIVIR · II QQ QVEST (sic)· ARK · CVR ‖ REI FRVMENT · HVIC · COLL · DENDIIROPHORR (sic) · OB EXSIMIAM ERGA ‖ SE BENIVOLENTIAM ET SPEM PER‖*p*ETVAM STATVAM DIGNISSIMO ‖ PATRONO POSVERVNT CVIVS STA-‖TVAE HONORE CONTENTVS OB‖TVLIT · COLL · SS · HS $\overline{VIII}$ M N VT QVODANNIS ‖ NATALI EIVS DIE III IDVVM DECEMBR ‖ CONFREQVENTENT V*bi dedit o*B STATVAE D*e*‖DICATIONEM COL P*atron sing* HS XX N E*t* ‖ *q*Q IIVIR AEDILIC · S*ing iis* · · N ET CETE‖RIS · CONDEC · SING · HS · · · *n singul*ISS (sic) [1]) AVGV*s*‖TALIB · HS XII N COLL DEND*r*OPHOR ET ‖ FAB · SING · HS · MILLENOS ET EPVLVM ‖ PLEBEIS · SING · HS · · · N ET VISCERATIONEM — in latere sinistro: DEDICATA · V · KAL · APRIL ‖ *an*NO IIVIR C STLACCI VA· · · · ‖ CN·BRINNII · STEP*h*ANI — Ebure. Interpolatum ed. Lupoli, Opusc. p. 254; vidit et corr. Mommsen, I. N. 189; cf. eundem Bull. Inst. Arch. 1847, p. 119.

1) Alteram S errori scalpri M. tribuit, et supplevit *sevir*ISS; ego vocem *singulis* vix omitti posse, et in omnibus fere illius regionis civitatibus solos Augustales fuisse puto; cf. *Ztschr. f. A. IV.* 1848, n. 26, p. 102.

7146. D · M · S ‖ M · MARCIO · M · F · FAB ‖ IVSTO · VET · DIVI · HAD ‖ EQVITI · CHO · VII · PR · ‖ IIII·VIR · AED · IIII·VIR · I · D ‖ CVRATORI · ANNO · II 1) ‖ CVRATORI · AQVAEDVCTV^S ‖ VIX · A · LXV ‖ M · MARCIVS · EVTYCHES ‖ ET · MARCIA · RESTITVTA ‖ PATRONO · OPTIMO · SVIS ‖ AMANTISSIMO · B · M ‖ ET · SIBI · SVISQVE · POS‖TERIS · EORVM ‖ HVIC · MONVMENTO ‖ TERRA · CEDIT ‖ IN · FRONT · P · XXXV · IN · AG · P · LX — Rep. inter Albam Fucentem et Lucum. Mommsen, I. N. 5630; ubi videsis varias scripturas editorum. Vidit nuper Brunnius.

1) Ita Brunnius cum omnibus praeter Promis, *Alba Fucentia* p. 249, qui ANNON scripsit, quod Mommsenius in textum recepit. Nec mihi dubium, quin recte hoc factum sit, ita ut errore quadratarii illud ANNO . II in lapide scriptum esse credam.

7147. D M S ‖ SVITIAE SEX · F · SECVNDIN ‖ C · MVNATIVS C · F · VOL ‖ MARCELLVS AED IIVIR ‖ I · D · QVAEST · II · FRVMENTI ‖ CVRATOR · 1) FECIT SIBI ET 2) ‖ VXORI OPTIMAE ET HONES‖TISSIMAE CVM QVA PER ‖ ANNOS IX CONTINVA *et* ‖ INCOMPARABILI CO*Mitate* ‖ VIXIT — Tereventi. Id. 5175. Eius tamen apographum cum archetypo nuper contulit Ambrosius Caraba vir diligentissimus artisque epigraphicae valde peritus, cuius scriptura quum nonnullas, quae in exemplo Mommseniano reliquae erant, difficultates tolli vidissem, in textum eam recipere non dubitavi; v. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23.

1) Est igitur *quaestor iterum*, *frumenti curator*. 2) Mommsenius legit E S C S P F ex senatus consulto sua pecunia fecit, recte; quae enim hoc loco Caraba legere sibi visus est, ad cetera minus bene quadrant.

7148. IN · H · D · D ‖ DEABVS · NIM‖PHIS · SIGNA · ET ‖ ARAM · C · CA‖RANTINIVS ‖ MATERNV‖S · PRAEFECT‖VS · AQVE 1) ‖ V · S · L · L · M — Castelli, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 338; I. Dan. et Rh. I, 256.

1) AQV*a*E, St., munus plane singulare, unde de praefecto AQVE*nsium* (Mattiacorum) aliquis cogitare possit; cf. tamen titulum sequentem.

7149. T · SABIDIO · T · F · PAL ‖ MAXIMO ‖ SCRIBAE Q · SEX · ‖ PRIM BIS · PRAEF · ‖ FABRVM PONTIFICI ‖ SALII CVRATORI ‖ FANI HERCVLIS V 1) ‖ TRIBVNO AQVARVM ‖ [illegible] Q · PATRONO ‖ MVNICIPII LOCVS ‖ SEPVLTVRAE DAT[illegible] VOLVNTATE POPVLI ‖ DECRETO SENATVS ‖ TIBVRTIVM — Tibure. *Giorn. Arcad.* LXXVI, p. 323; Viola, *Tivoli nel* [illegible] p. 7; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 90; vidi ipse cum [illegible]

1) Hercules *Victor* Tiburtinus.

7150. L · APPVLEIVS ‖ C · F · ANI · NIGER ‖ [illegible] TOR VIARVM ‖ STERNENDARVM ‖ PEDVM · [illegible] . VIAM ‖ SVA · PECVNIA ‖ FECIT — Allifis. [illegible] Mommsen, I. N. 4764.

7151. IN · H · D · D ‖ DEO · MERCVRIO · L · SENILIVS ‖ DECMANVS · Q ‖ C · C · R · M · NEG · MOG ‖ C · T · [1] V · S · L · L · M · SAT‖VRNIO · [2] ET · GALLO · COS — *Finthen* prope Mogontiacum. Steiner, I. Rh. et Danub. I, n. 557.

1) *Quaestor*, *Curator Civium Romanorum Mogontiaci*, NEG*otiator* MOG*ontiaci*, *Civis Taunensis*; ita recte St. et Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* 1, 2, p. 211, 68, nisi quod pro *curatore* scribunt *censitor*; sed cf. nn. 4020. 4976. 2) l. SATVRNINO, cos. a. 198.

Propter raritatem officiorum hunc quoque titulum afferre liceat:

7152. C · CALPVRNIO ‖ P · F · QVIR · FLACCO ‖ FLAM · P · H · C ‖ CVRATORI · TEMPLI ‖ PRAEF · MVRORVM ‖ COL · TARR · EX · D · D ‖ C · CALPVRNIVS · FLACCVS ‖ HONOREM · ACCEPIT ‖ IMPENSAM · REMISIT — Tarracone. Grut. 382, 7; Finestres, Inscr. Catal. III, 12.

7153. *ti · caesari divi au*GVSTI · F · DIVI · IVLI · N · AVG*usto* ‖ *pont · ma*XIMO · TRIB · POTEST · XXXIIII · COS · V · IMP · VIII [1] ‖ · · · · L PRISCVS FILIVS CVRATOR LVSVS [2] — Tusculi. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 154; ipse vidi.

1) A. 32 vel 33. 2) Sc. *iuvenum*.

7154. ATHENASI ‖ L · ANNIO · L · FIL · OVF ‖ RVFO · E · V · IN OMNI ‖ ACTV · VITAE · SVAE · ‖ PATR · COL · HVIC · POPV · ‖ APVT · IVDICES · [1] EQVES‖TREM · POSTVLASSET (sic) ‖ CONTENTVS · HONOREM (sic) ‖ STATVAE PEDESTRIS ‖ VOLVNTATI EORVM GRA‖TIAM RETVLIT — Canusii. Mommsen, I. N. 643.

1) Mommsenius in Indice XIV. s. v. *corrector*, collatis nn. 1422. 1423 (Grut. 424, 1; Mur. 1032, 5), iudices pro correctoribus habet. Mihi contra municipales magistratus indicatos esse magis placet; populus enim apud ordinem honores patronorum postulare solet.

7155. T · SABIDIO · VICTORE · ET · D · RVPILIO ‖ *me*NANDRO · SCRIB · R · P [1] — Tibure in fistulis plumbeis. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 13; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 92; vidi ipse cum Mommsenio.

1) Scribas rei publicae operibus publicis praefuisse nomenque in iis inscripsisse, mihi certe novum est.

7156. CAECILIA · SALVTARIS · MAT ‖ P · OCTAVIO · P · LIB · SVCCESSO ‖ LIC · [1] IIVIRALI · CAPVAE ‖ CAECILIAE · Q · F · SALVTARI ‖ SIBI · SVISQVE · SOLO · PRIVATO ‖ VIVI · FECERVNT — Capuae; exstabat olim Casertae, nunc in R. Museo Neapolitano. Mur. app. 6, 8; Mommsen, I. N. 3632.

1) LIC*tori*.

7157. ANTEROS · L · HERACLEO · SVMMAR ‖ MAG ‖ LARIB · ET · FAMIL · D · D — Stabiis in R. Mus. Neap. allatus. Avellino, Opusc. III, p. 20; Donat. 46, 3; Mommsen, I. N. 2173, ubi v. cet.

7158. C · NORBANI ‖ SORICIS ‖ SECVNDARVM ‖ MAG · PAGI ‖ AVG · FELICIS ‖ SVBVRBANI ‖ EX · D · D ‖ LOC · D — Pompeiis, nunc in R. Mus. Neap. I. N. 2209, ubi v. cet.

7159. PHILEMONIS · SECV · MAG · GEN · C[1]) — Herculanei. Id. 2388; cf. Avellino, Opusc. III, p. 11.

1) SECV*ndarum* MAG*istri* GEN*io Civitatis*. Inscriptio legitur in basi parvae statuae Fortunae.

7160. DAMA · PVP · AGRIPPAE ‖ MANLIANVS · LVCRETI ‖ ANTEROS · STAI · RVFI ‖ PRINCEPS · MESCINI ‖ MINISTRI · PAGI ‖ AVG · FEL · SVB*urb*AN ‖ PRIMI · POSIE*run*T (sic) ‖ TI · CLAVDIO · NERONE · ITER ‖ CN · CALPVRNIO · PISONE · COS[1]) — Pompeiis. Id. 2293, ubi v. cet.

1) A. v. c. 747. — Ceterum hi *ministri* ad sacra pagi pertinent iidemque sunt, qui *ministri Fortunae Aug.* dicuntur; cf. n. 2465.

7161. C · CLOD*i*‖VS · MILE*s* ‖ BRVNDIS*i*‖NVS[1]) — Brundisii. Mommsen, I. N. 487, qui sinceritatem tituli testimonio suo confirmat.

1) Miles, ni fallor, est municipalis publicae securitatis caussa delectus, ut cohortes Urbanae et vigiles Nemausenses. [Vide ne *Miles* cognomen sit. Mommsen.]

7162. · · · · · · 1 · · POIVIT · · · · · · · ‖ · · · III · · · OCCIVS FELIX · · · · · · · ‖ · · · M FILIO VIR · · EOP · · · · · · · · ‖ · *i*IIIVIR SAC · · · · · · · · · · ‖ M ANTONI N · · · · · · · · · · · · ‖ OB HONOREM *i*IIIVIR*atus statuam* ‖ EX HS VI MIL N̄ SVA *pecunia* · ‖ POSVIT AD CVIVS DEM · · · · · ·[1]) ‖ SPORTVLAS DENARIOS · · · CVI[2]) · · · · · · · · · ‖ SECVNDVM MATRICEM PVBLIC*am et* · · *den* · · · ‖ CIVIBVS DE SVO DEDIT EM[3]) · · · · · · · · · ‖ LVDOS SCAEFLCOS[4]) · · · VM IISSIIIF — Constantinae. Exscr. de Grabow; misit Gerhardus. Ipse restitui, quae potui.

1) l. DE*dicationem*. 2) l. . . . *de*CV*rionibus*. 3) *it*EM? 4) l. SCAENICOS.

§. 15. MAGISTRATVS IN MVNICIPIIS ET COLONIIS GALLICIS.

N. 4020: not. 2. Q est *quaestor*.
N. 4025: not. 1. PR ad cohortem spectat et est PR*aetoriae*.
N. 4030: IIIIvir, quem Or. coloniae Apollinaris Reiorum magistratum fuisse censet, Nemausensis videtur esse, *pontifex* coloniae Reiorum; cf. Grut. 468, 6.

§. 16. IMPERATORVM ET PRAESIDVM RESCRIPTA AD MAGISTRATVS MVNICIPALES. FASTI MVNICIPALES. DECRETA MVNICIPALIA DE PATRONATV, HOSPITIO, STATVIS PONENDIS, BISELLII ET FVNERIS PVBLICI HONORE CET.

N. 4033: omisit Or. v. 12: SVF . K . IVL . L . FVLCINIVS . TRIO . COS . — Cetera quae varie apud varios editores exhibentur, v. apud Mommsen, I. N. 1968.

N. 4034: in vv. 1. et 2. sola vocabula FAVSTO et SEX adhuc apparent; vv. 3. 4. RVPILLVS ‖ V F CVM; R tamen parum certa est, quare PVPILLVM legendum eundemque eum esse puto cum Cornelio Pupillo Or. 1393 et Grut. 397, 3; v. 22. pro *in ara et* l. ITA AMET; v. 25. pro *omnia eius* l. ORNATVS; vidi ipse in Mus. Cap.

N. 4035: spurius; cf. Mommsen, I. N. 123*.
N. 4036: v. 4. 5. AVIDI‖ACCO; deinde T . BLAESIO.
N. 4038: v. 3. IACH . NA; deest littera una, vel fortasse duae; v. 7. LEONAN; not. 1. consules sunt anni 162; Borghesi, *Iscr. d. porta Marzia*, p. 2 (ex *Archivio storico ital.* vol. XVI). Legitur in eodem lapide cum n. 2531. Vidi ipse.

N. 4039: v. 15. QVIBVS; vidi ipse.
N. 4040, v. n. 7168.
N. 4042: Mommsen, I. N. 4554, non recepit quae sequuntur post DEDICAVIT-QVE.
N. 4043: v. 1—3. M . SENTIO CRISPINO ‖ DECVR . II.VIR . OMNIB . HONER ‖ FVNCTO . HVIC cet.; v. 8. 9. ES‖TIVALIVM; v. 11. init. QVE . PORTICOS; vv. 11. 12. CIRCV‖MCINGENTES COLIMBVM A SOLO; v. 13. 14. AMPLI‖FICANDAM. Versus quoque minus recte ab Or. divisi. Post curas Eduardi Philippi (Mommsen, I. N. 7234) correxit nuper diligentissimus Brunnius, qui, quamvis recte in ceteris viderit, ea certe, quae in v. 2. legisse sibi visus est, mihi quidem minime persuasit. Neque enim duumvir, nec decurio esse poterat, qui bisellíatu et ornamentis decurionatus honoratur. Quapropter verum credo vidisse Philippium, qui scripsit: DECVRIONAT. . HONORIBVS . HONER‖ATO. — V. 13. ante *amplificandam* particulam AD a quadratario omissam esse patet. — Mommsenius, l. l. et n. 4209 Interamnae Lirinati titulum tribuit.
N. 4044; v. 6. L̄. LIB; v. penult. MONIMENTVM; v. ult. MVNATI . FAVSTI . F.; Mommsen, I. N. 2342. 2346.
N. 4045: v. 1. N . ISTACIDIO; v. 2. PAG . PAG .; v. 3. N . ISTACIDIO; SATVLLAE; v. ult. IN FRONTE . II̅ DES; id. 2343. De *paganis* cf. Borghesi, apud Furlanettum, *lap. d'Este* p. 16 seqq., ubi collegium eos fuisse probavit pago praepositum, cui magister pagi praesidebat.
N. 4046: v. 7. INPENSIS; in nominibus eorum, qui adfuerunt, v. 2. GRACCHVS; v. 3. M̄ . FLAVIVS; vidi ipse in Mus. Cap.
N. 4047: v. 2. pro II̅ correxi BIS, *bisellíario*; *Ztschr. f. A. IV.* 1848, p. 305. Varias scripturas v. apud Mommsen, I. N. 4040.
N. 4050, idem qui n. 3810.
N. 4052: v. 7. OPTVMO; v. ult. PEDESTRE (sic); Mommsen, I. N. 4052.

7163. Fragmenta fastorum municipalium reperta a. 1778 in foro Praenestino, ed. Petrini, *Memorie prenest.* III, 4:

· · · *s* EDATV*s* · · ·
LVS · II·VIR
AED
· · AVIVS · MVSCA Q
*germ*ANICI · F · IIVIR · QVINQ ·
· · · · SEDATVS · PR [1])
· · · VS · AED
· · · QVEST

· · · · · · · · · CI
· · · · VS · Q · SPID · ·
· · · · VS · CELER · SI · ·
· · · NVS · A · · · ·

1) PR*aefectus*, sc. duumviri quinquennalis principis familiae Augustae. Cf. quae de quinquennalitate a summis magistratibus assumpta exposuimus, n. 7075. — Ad eandem coloniam pertinet hoc fragmentum et ipsum in foro Praenestino effossum:

		DOLABELLA	II*vir*
7164.	M · SAMARIVS [1])	ROIANVS [2])	A*ed*
	C · MASSIENVS [3]) ·	Q · AVIVS [4])	QV*aest*
	SEX · CAESIVS	P · CORNELIVS	*iivir*
	Q · CALLEIVS [5])	L · NASSIVS	A*ed*
	C · SALVIVS	C · SERTORIVS	QV*aest* [6])
	L · CVRTIVS	T · LVCRETIVS	II̅V*ir*
	STATIOLENVS	C · VIBIVS	A*ed*

C · PASSIVS QVA*est*
M · PETRONIVS QV*inq*
Q · ARRASIDIVS *aed*
T · APONIVS QV*aest*

— Cecconi, *St. di Palestrina* p. 27. Columna prior maioribus litteris scripta exhibetur; dubito tamen, num re vera monumentum ita exaratum fuerit, quum nomina columnae alterius cum alterius nominibus coniungenda esse facile appareat.

1) SAMIARIVS, Petrini, Memorie III, 5. 2) ROTANIVS (?), l. l. 3) MESSIENVS, id. 4) Q . FLAVIVS, id. 5) CALEIVS, id. 6) QVA*est*, id.

7165.

· · · · · · · SIVI ET O
· · · · · O · HVNC · VIVI*ri et*
HONORE FVNCTI ROGARVNT VT EO
HONORE FVNGERETVR
C · IVLIVS DIVI AVGVSTI L · SOSTHENES
M · IVNIVS FELIX
M · ETRILIVS · EROS
L · FADIVS · HETARIO
K · AVG · HONOR · P · D · LVDOS · IN · FORO
PER IIII FECERVNT
a. 23. C · ASINIO · C · ANTIST · COS
L · MANLIO L PLAVTIO II·VIR
Q · CALVIVS AQVILA
L · TREBVLANVS PAMPHILIO
M · ETRILIVS · ONOMASTVS
Q · VRSIVS · SECVNDIO
T · TREBVLANVS · FELIX · PRAEC
K · AVG · HONOREM · EDEDERVNT · LVD
PER · IIII · FECERVNT · IIII · PRIMI
NATALE IVLIAE AVGVST IN PV*blic*
CENAM DECVRION ET AVGV*stalibus*
DEDERVNT EORVM SEVIRI [1] *munus*
FAMILIA GLADIAT *ediderunt*
a. 108. APPIO ANNIO GALLO M ATIL*io*

ANTONIVS
M · TREBVLAN
K · AVG · HONOR
a. 30. L · CASSIO LONG
M · VRSEIO · RVFO
SABINO
C · IVLIVS
C · GEMIN
SEX · RVBR
TI · PLAVTIVS
K · AVG
M · IVN

— Fragmentum fastorum collegii, ni fallor, magistrorum Augustalium nescio cuius coloniae; cf *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 195 sq. — Ed. E. Q. Visconti, *Opere varie* I, p. 79. Parvulum eius fragmentum asservatur in Mus. Vat., in quod ex Museo Ienkins illatum est.

1) Seviros Augustalium magistros esse, ex his quoque verbis apparet; aliter enim illud *seviri eorum* intelligi nequit.

7166. EXEMPL · DECR · Q · F ‖ Q · IVNIO · SILANO · ET ‖ L · SEPTIMIO · VALERIANO · COS [1] ‖ POSTVLANTE · CLAVDIO · MARONE ‖ VTI · LOCVS · AD · STATVAM · PONENDAM ‖ OPTIMAE · MEMORIAE · VIRO · QVOND ‖ FILIO . AELI · AVG · LIB · ANATELLON · ‖ AMANTISSIMO · REIPVBLICAE · NOSTRAE ‖ PLACVIT · ET · IN · HONOREM · ANATELLONTIS ‖

SEMPER · ET · VBIQVE · DE · REP · OPT · MER · ‖ ET · IN · GRATIAM · CLAVDI · MARONIS ‖ LOCVM · AD · STATVAM · PONENDAM ‖ AD · ELECTIONEM · IPSIVS · ARBITR · DARE — Praeneste. Grut. 389, 8; ex apographis Fr. Iucundi, Ligorii, Manutii corr. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 64.

1) Fortasse Valerianus ille est, qui cum P. Cornelio Anulino exercitui Severiano in bello contra Pescennium gerendo praefuit (Dio 74, 7); cf. Borghesi, l. l.

7167. C · CAELIO C · FIL ‖ PAL VERO ‖ QVAEST · ALIMENT ‖ C · IVLIO · SEVERO · 1) M · IVNIO · RVFINO · SABINI*a*NO · COS 2) ‖ III · NONAS · DECEMBRES · ABELLAE · IN BASILIC*a* · SCRI‖BVNDO ATFVERE · M · MVNATIVS · M · FIL · GAL · PRIS‖CIANVS · T 3) EGNATIVS · T · F · PA*l* RV*fus* · · HERENNIVS 4) T F GAL CLEMENS N PETTIVS N F G*a*L VNP · · 5) ‖ A FVFICIVS A F GAL PRISCVS QV*od* VNIVERSIS ‖ ORDINIS · VIRIS · 6) POSTVLANTI*bus* · · Q · · · · · · · · · · VI ‖ PRO E*x*SIMII · 7) IVVENIS · ET · MI · · · · · · · · · · ‖ ACERVISSIM*a*M MORTEM II · · *funere publ*ICO ‖ PROSEQVEND*a*M · ESSE Q · D · E · *r* · *f* · *p* · *d* · E · R · I · C ‖ D D — in latere altero pauca litterarum vestigia supersunt, alterum in muro latet. Abellae, nunc Neapoli ad portam monasterii Crucis S. Lucae. Primos versus edd. Grut. 394, 2; Mur. 352, 2 cet.; integrum titulum ex apographo Mommsenii edidi Ann. Inst. Arch. 1849, p. 235; deinde Mommsenius, I. N. 1951. Nuper denuo eum publicavit Gervasius, *intorno all' iscrizione onoraria di C. Celio Vero* cet. *Napoli* 1852, 4.

1) Gervasius inseruit ET. 2) A. 155. 3) L, et L . F Gerv., qui eo tempore, quo ipse titulum exscripsit, litteras nonnullas melius conservatas fuisse asserit. 4) T . . . INNIVS, id. 5) Tribum et cognomen non vidit G. 6) VIRIZ „sic", G. 7) In fine versus 10. nihil G. vidit, ab initio vero versus 11. legit PROBISSIMI.

7168. Decretum Tergestinum n. 4040, male ab Orellio ex exemplo Gruteriano editum, tot locis corrigendum erat, ut totum denuo proponere et lecturis et scribenti magis videretur commodum esse. In textu autem constituendo Kandleri exemplo usus sum a C. T. Zumptio vulgato (*decretum municipale Tergestinum*, Berolini 1837, 4), quod ex ipso lapide Mommsenius aliquot locis emendavit. Qui enim post Zumptium nuper monumento celeberrimo operam navavit, Ioannes Labus (*antiche lapidi tergestine* in *Denkschriften der kais. Akad. d. W., phil. hist. Cl. vol.* I, *Wien* 1850, 4, p. 346. 347) num totum ipse documentum oculis perlustraverit, mihi certe dubium est; haud pauca enim ille recepit, quae in ipso lapide minime legi Kandleri certe et Carlii (*Antichch. Italiche*, p. II, l. II, §. 2, p. 76) consensu satis comprobatur. Neque inscriptionem honorariam in latere principali basis insculptam recte Labusius edidit, quippe qui *aedilem plebis* et *praetorem* Fabium fuisse in ea repperisse sibi visus est. Contra Mommsenius ita eam descripsit: L · FABIO · *l* · *f* · ‖ PVP · SEV*e*R*o* ‖ QVAESTOR*i* ‖ VRBANO ‖ *de*CV*r et* PLEBS ‖ T*ergesti*NOR — Exemplum autem Göttlingii (*Funfzehn Römische Urkunden* cet. *Halle* 1845, 4, p. 63 seqq.) de consilio praetermitto.

Quod . *hi*S P A N I V S . *le*N T V L V S . E T
. . . *iuliu*S . NEPOS . II . V*i*R . IVR . DIC . V . F
l . *fabium* *s* E V E R V M . C L A R I S S I M V M . V I
rum . *m*VLTA . IAM . PRIDEM . IN REM . P . NOS
*tra*M . BENEFICIA . CONTVLISSE . VT . QVI . A . PRI
*m*A . SVA . STATIM . AETATE . ID . EGE*r*IT . VTI . IN AD
*iuva*NDA . [1]) PATRIA . SVA . ET . DIGNITATE . ET . EL*o*QVENTIA . CRES
*ce*RET . NAM . ITA . MVLTAS . ET . MAGNIFICAS . CAVSAS . PVBLI
*c*AS . APVD . OPTIMVM . PRINCIPEM . ANTONINVM . AVG . PIVM
*a*DSERVISSE · EGISSE · VICISSE · SINE · VLLO · QVIDEM · AERARI · NOS
*t*RI · INPENDIO · VT · QVAM · VIS · ADMODVM · ADVLESCENS · SENILI
BVS · TAMEN · ET · PERFECTIS · OPERIBVS · AC · FACTIS · PATRIAM · SVAM · NOS
QVE · INSVPE*r* · SIBI · VNIVERSOS · OBSTRINXERIT · NVNC · VERO · TAM · GR
ANDI · BENEFICIO · TAM · SALVBRI · INGENIO · TA*m* · PERPETVA · VT*il*ITATE · REM
P · N · ADFECISSE · VT · OMNIA · PRAECEDENTIA · FACTA · SVA · QVAMQVAM · IM
MENSA · ET · EXIMIA · S*i*NT · FACILE · SVPERARI*t* · NAM · IN · HOC · QVOQVE · MIRA
BILEM · ESSE · C · V · VIRTVTEM · QVOD · COTIDIE · IN · BENEFACIENDO · ET · IN · PA
TRIA · SVA · TVENDA · IPSE · SE · VINCAT · ET · ID*c*O · [2]) *q*VAM · VIS · PRO MENSV
RA · BENEFICIORVM · EIVS · IMPARES · IN REFERENDA · GRATIA · SIMVS · INTE
RIM · TAMEN · PRO TEMPORE · VEL · FACVLTATE · VT · ADIVVET · SAEPE · FACTV
RVS · REM*u*NERANDAM · ESSE · C · V · BENEVOLENTIAM · NON · VT · ILLVM · PRO
NIOREM · HABEAMVS · ALIVT · ENIM · VIR · ITA · NATVS · NON · POTEST · FACERE · SED
VT · NOS · IVDICANTIBVS · GRATOS · PRAEBEAMVS · ET · DIGNOS · TALI · DECORE · TA

1) Ita Zumptius; ceteri AD*auge*NDA. [Recte; lapis ıNDA. Mommsen.] 2) Sic Kandl. IDCIRCO ceteri. [Recte; lapis ID // ıCO. Mommsen]. 2a) L. quod insert Kandl. non est in lapide. Mommsen]. 3) Versum eminere et a litteris ⌜V incipere notavit Mommsenius. 4) Sic Kandl. et Carlius; ceteri EXCVBVIT vel EXCVBITOR; Zumptius EIVS . EXCVBET [EIVS . EX . CVBI/ lapis; scribe EIVS . EXCVBIA.

LIQVE · PRAESIDIO · Q · F · P · D · E · R · I · C · PRIMO · CENSENTE ·[2a] CALPVRNIO · CERTO
CVM ·[3] FABIVS · SEVERV*s* · *vi*R · AMPLISSIMVS · ADQVE · CLARISSIMVS · TANTA · PIETATE · TANTA
*q*V*e* · ADFECTIONE · REM · P · N · AMPLEXVS · SIT · ITAQVE · PRO MINIMIS · MA
*x*IMISQVE · COMMODIS · PIVS · EXCVBIT ·[4] ADQVE · OMNEM · PRAESTANTIAM
*ad*AVXERAT ·[5] VT · MANIFESTVM · SIT · ID EVM · AGERE · VT · NON · MODO · NOBIS · SED · PRO
XIMIS · QVOQVE · CIVITATIBVS · DECLARA · TVM · VELIT · ESSE · SE · NON · ALI · QVAM
*pa*TRIAE · SVAE · NATVM · ET · CIVILIA · STVDIA · QVAE · IN · EO · QVAM · VIS · ADMODVM (sic)
IVVENE · IAM · SINT · PERACTA · ADQVE · PERFE*c*TA · AC · SENATORIAM · DIG
*ni*TATEM · HAC · MAXIME · EX · CAVSA · CONCVPIVISSE · VTI · PATRIAM · SV
am · *c*VM · ORNATAM · TVM · AB OMNIB*us* · INIVRIIS · TVTAM · DEFENSAMQVE
PRAESTARET · INTERIM · APVT · IVDICES · A · CAE*sar*E · DATOS · INTERIM · APVT · IP
sum · *i*MPERATOREM · CAVSIS[5a] · PVBLICIS · PATRO*ci*NANDO · QVAS · CVM · IVSTI
TIA · DIVINI · PRINCIPIS · TVM · SV*a* · EXIMI*a* · AC · *pr*VDENTISSIMA · ORATION (sic)
S*e*M*pe*R · NO*b*IS · CVM · VICTORIA · FIRMIORES · *re*MISIT[5b] · EX · PROXIMO · VERO
VT · MANIFESTATVR · CAEL*es*TIBVS · LITTERIS · *Antoni*
NI · AVG · PII · TAM · FELICITER · D*e*SID*e*RIVM · PV*b*LI*cum* · *a*
PVD · EVM · SIT · PROSECVTVS · IMPETRANDO · VT · *car*
NI · CATALIQVE · ATTRIBVTI · A · DIVO · AVGVSTO · REI[6] · *publi*
CAE · NOSTRAE · PRO · VT · QVI · MERVISSENT · VITA · ATQVE · CEN
SV · PER · AEDILITATIS · GRADVM · IN · CVRIAM · NOSTRAM ADMIT*te*
RENTVR · AC · PER · HOC · CIVITATEM · ROMANAM · APISCEREN
TVR · ET · AERARIVM · NOSTRVM · DITAVIT · ET · CVRIAM · COMPLEV*it*
ET · VNIVERSAM · REM · P · N · CVM · EGMINIIS ·[7] AMPLIAVIT · ADM*it*
TENDO · AD · HONORVM · COMMVNIONEM · ET · VSVRPATION*em*
ROMANAE · CIVITATIS · ET · OPTIMVM · ET · LOCVPLETISSIMVM
QVEMQVE · VT · SCILICET · QVI · OLIM · ERANT · TANTVM · IN · REDIT*u*

Mommsen.] 5) Corrigit *ad*AVXERIT Zumptius. [Lapis visus est habere \IIIIS^eERAT; sed incerta omnia praeter *erat*. Scribendum *artis* *f*ERAT vel simile quid. Mommsen.] 5 a) [Male CAVSISQ. Kandl. Mommsen 5 b) FIRMIORE . SV*b*MISIT (sic) lapis.] Mommsen.] 6) [REI in lapide deprehendi. Mommsen]. 7) Egregie Mommsenius coniecit FOMENTIS. [Mox legi. Mommsen.] · Labusius Hagenbuchium secutus *muneribus*,

PECVNIARIO · NVNC · ET · IN · ILLO · IPSO · DVPLICI · QVIDEM · PER
HONORARIAE · 8) NVMERATIONEM · REPPERIANTV*r* · *et* · *u*T · SI*nt* · 9)
CVM · QVIBVS · MVNERA · DECVRIONATVS · IAM · VT · PAVCI*s* · *one*
ROSA · HONESTE · DE PL*e*NO · 10) COMPARTIAMVR · AD · CVI*us* · *rei* 11)
GRATIAM · HABENDAM · VT · IN · SAECVLA · PERM*a*NSV*ram* 11a) · *eius*
MODI · BENEFICIO · OPORTVERAT · QVIDEM · SI · FIERI · POSS*et* · *et*
SI · VERECVNDIA · CLARISSIMI · VIRI · PERMITTERET · VNIVERSOS · N*os* 12)
IRE · ET · GRATIAS · EI · IVXTA · OPTIMVM · PRINCIPEM · AGERE · SED
QVONIAM · CERTVM · EST · *NOBIS · ONEROSVM · EI · FVTVRVM · T*a*
LE · NOSTRVM · OFFICIVM · ILLVT · CERTE · PROXIME · FIERI · OPO*rte*
BIT · O · 13) STATVAM · EI · AVRATAM · EQVESTREM · PRIMO · QVOQVE
TEMPORE · IN CELEBERRIMA · FORI · *n*OSTRI · PAR*te* · PONI · ET · I*n*
BASI · EIVS · HANC · NOSTRAM · C*o*NSENSIONEM · ADQVE · HOC
DECRETVM · INSCRIBI · VTI · AD POSTEROS · NOSTROS · TAM · VOL*untas* 13a)
AMPLISSIMI · VIRI · QVAM · FACTA · PER*m*ANEANT · PETIQVE · A *fa*
BIO · VERO · EGREGIO · VIRO · PATRIS (sic) · SEVERI · VTI · QVANDOQ*ui*
DEM · ET · COMMENTVM · HOC · IPSIVS · SIT · PROVIDENTIAE · QVA
REM · PVBLICAM · N · IN*f*ATIGABILI · CVRA · GVBERNAT · ET · IN · HOC
PIVS · 14) PVBLICI · BENEFICI · QVOD · TALEM · ET · NOBIS · ET · IMPERIO · CIVEM · P*ro*
CREAVIT · ADQVE · FORMAVIT · CVIVS · OPERA · STVDIOQ · ET · ORNATIO*res*
ET · TVTIORES · IN · DIES · NOS · MAGIS · MAGISQVE · SENTIAMVS · VTI · PATIATV*r* 15)
SE · IN · HANC · REM · AD FILL*u*M · 16) SVVM · LEGARI · MANDARIQVE · SIBI
VTI · GRATIAS · PVBLICE · C*l*ARISS*im*O · VIRO · MANDATV · NO*s*
TRO · AGAT · ET · GAVDIVM · VNIVERSORVM · SINGVLORVMQV*e*
AC · VOLVNTATEM · VT · MAG*i*STER · TALIVM · RERVM · IN · NOTITIA*m*
EIVS · PERFERAT CENSVERVNT

qua coniectura virum cl. ipsum lapidem non excussisse satis declaratur. 8) Sc. Summae, quam pro honore pendebant. 9) *ut et ipsi sint*, Lab., qui Apianum sequitur. Zumptius: *et simul sint*. Verborum vestigia apud Kandlerum obvia facile restituuntur, ut feci. [At spatium vestigiaque /TSI*t*// flagitant *e*T SIN*t*. MOMMSEN.] 10) Alii DE PL*a*No. 11) Illud *rei* suo iure addidit Z. [Imo PERM*a*NSV*ro*. MOMMSEN.]

12) Kandlerus post VNIVERSOS notat superstitem litterae alicuius lineolam; Wittius, *de Tergestino lapide epistola*, Vratisl. 1832, 4, tres litteras ibi desiderari indicat. Propterea *nos* equidem restitui. 13) *Oportebit* recte restitui, manifestum est ex Kandleri et Wittii exemplis. De reliqua autem littera O nihil ausim affirmare, quum parum placeat Zumptii sententia, notam eam esse et distinctionem, qua significetur, incipere iam summam sententiae. [Lapis TE.V . O. MOMMSEN.] 13a: [Imo VOLTus; T adest. MOMMSEN]. 14) Sic Kandlerus, Carlius, Wittius. Errorem quadratarii dicit Z. legendumque OPVS. [Lectio certa est; sed potest excidisse *sit* post HOC. MOMMSEN.] 15) Ita legit Mommsenius, eamque unice veram lectionem esse facile concedes. 16) Idem. Zumptius voluit *ad Severum suum*, retentis litterarum formis a Kandlero et Carlio signatis.

7169. L · ANNIO · L · F · COL || MODESTO || HON · EQVO · PVBLICO || K · IVN · IN · CVRIA · BASILICAE · AVGVSTINIANAE · [1]) SCRIBVND · ADFVER || T · OPPIVS · SEVERVS · VIGNETIVS · LIBERALIS || IVLIVS · CAPRETANVS · GRANIVS · LONGINVS || QVOD · C · AVFIDIVS · THRASEA · T · CLAVDIVS QVARTINVS IIVIRI · V · *f* || DE · CONFIRMANDA · AVCTORITATE · MEMORIAE · HONORAND · STATVAQVE · PONENDA || ANNIO · MODESTO · ANNI · NVMISIANI · ORNATI · VIRI · FILIO · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · *i* · C || CVM · ANNIVS · NVMISIANVS · *orn* · VIR · AD · SINGVLORVM · TESTIMONIVM || PERTINE*at* · QVA · PROBITATE · MORVM · QVA · QVIETE · VITAE · QVOD || VNICVM · IN · DOLORE · PRAESIDIVM · EST · MERVERAT · ADFECTVVM || NOSTRORVM · CONSOLATIONEM · ADQVE · CANDORE*m* · ORDINIS · NOSTRI · BONVM || CIVEM · PIVMQVE · PATREM · IN · TAM · GRAVI · FORTVNAE · INIVRIA || QVA · POTEST · INDIGNATIONE · A . TANTA · AVOCARE · TRISTITIA || PLACERE · HVIC · ORDINI · AVCTORITATE*m* · IN · EAM · REM · ANTE · HANC || DIEM · FACTAM · CONFIRMARI · PERMITTIQVE · ANNIO · ADIECTO · LIB · EIVS || STATVAM · PONERE · ANNIO · MODESTO · LOCO · ADSIGNATO · A · II·VIRIS || NOSTRIS · QVO · TESTATIOR · SIT · ERGA · EVM · ADFECTVS · R · P || NOSTRAE · CONLAVDANTIS . QVOD · IN · VITA · PRAESTITERIT · CENSVER || ADIECTVS · LIB L D D D — In littore maris Puteolano rep. Mommsen, I. N. 2623, ubi v. cet. variasque lectiones; Grut. 355, 1. Titulum Puteolanum esse elucet ex nomine *ornati viri*, quem Puteolis tantum repperi; cf. Or. 4135; 5037.

1) Contra Mommsenium legendum esse censeo AVG . ANNIANAE, vel AVGVST . ANNIANAE, ut Smetius et Jordanus habent; cf. Or. 4135.

7170. T · HOENIO SEVERO M · PEDVCAEO PRISCINO · COS [1]) || VI K DEC DECRIT (sic) · DECVR || QVOD C CAESIVS · SILVESTER P · P · [2]) V · F · AETRIVM || FEROCEM CENTVR LEG II TRAIAN · FORTIS · PER INCREMEN||TA GRADVS MILITIAE SVAE TAM SINGVLIS QVAM REIP N || QVOTIENS NECESSE FVIT MVLTVM PRAESTITISSE || PROXIME QVOQVE PETITIONI NOSTRAE AB OPTIMO || MAXIMOQVE PRINCIPE ANTONINO AVG PIO || VECTIGAL VIAE SILICI (sic) · STRATAE · ITA IN-||STITISSE · VT MATVRE IMPETRARETVR · ET || IMPENDIS

VRBICIS RESP · BENEFICIO EIVS || RELEVARETVR ET OPTIMVS · IMP · N̄ EX || CORNICVLARIO PRAEF · VIGVLVM PRIMO || EI OMNIVM ORDINEM ALEXANDRIAE || DEDERIT[3]) DEBERE NOS ITAQ · EI · STATVAM || PEDESTREM SECVS MERITA EIVS || DECERNERE Q · F · P · D · E · R · REFERENTE || L · VARIO FIRMO IIII·VIR CENSENTE · C || CLVVIO SABINO ITA CENS || PLACERE VNIVERSIS CONSENSV PLEBIS || AETRIO FEROCI 7 SECVS MERITA || EIVS STATVAM VBI IPSE DESIDERAVE-||RIT · QVAM PRIMVM PONI CENS — Tabula marmorea Tufici rep., nunc Fabriani apud Ramellium. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 134, ubi errore quodam vv. ultimi omissi sunt. Vidi ipse.

1) A. 141. 2) *Primi Pilaris*. 3) Cornicularios praef. vig., priusquam ordinem adipiscerentur, cornicularios factos esse praef. Urbi vel praef. praetorio, Borghesius (l. l. p. 136) suspicatus est. — Ad eundem Aetrium Ferocem spectant Or. n. 3176 et Mar. Arv. 399.

7171. . . . . ISA . . . AI . . . CORFINIENSIVM . . . . SACER . . . . || PONTIFICI • CVRATORI • KALENDAR • REI • PVBLIC • AEDILI • PRAEF • IIIIVIR • IIIIVIR • I • D • || HVIVS • PROPTER • MORVM GRAVEM • PATIENTIAM • MAXIMAMQVE • VERECVNDIAM || SPLENDIDISSIMVS • ORDO • CONSENTIENTE • POPVLO • TABVLAS • PATROCINALES • AHENEAS || LIBERISQ • EIVS • OFFERRI • CENSVERVNT • • • QVI • ACCEPTO • HONORE • STATIM • || SPLENDIDISSIMVM • ORDINEM • LIBEROSQ • ET • CONIVGES EORVM • SED • ET • POPVLVM PVBLIC || EPVLANTES MAXIMO CVM • GAVDIO EXHILARAVIT • • HVIVS OB MERITA || ORDO POPVLVSQVE CORFINIENSIVM || REMVNERANDAM ADFECTIONEM QVEM (sic) IN SINGVLOS VNIVERSOSQVE CIVES SVOS EXHIBVIT || LIBERISQVE EIVS EQVESTRIS DIGNITATIS • PVERIS EX PECVNIA PVBLICA PONI CENSVERVNT • || CVIVS OB DEDICATIONEM OBTVLIT • DECVRIONIBVS ET VNIVERSO POPVLO HS • L MIL NVMMVM || QVAE MAMMIANA VOCENTVR • EX CVIVS SVMMAE VSVRIS DIE NATALIS EIVS • VII • IDVS FEBRAR || DIVISIONEM PERCIPERE POSSINT QVOD SI DIE PRAESTITVTO CONDICIONI PARITVM NON FVERIT || TVNC EIVS DIEI DIVISIO AD SVLMONENSIVM • CIVITATEM PERTINERE DEBEBIT • ITEM DEDIT || DECVRIONIBVS DISCVMBENTIBVS • · ET LIBERIS • EORVM SINGVL HS XXX NVMMOS SEVIR • AVGVSTAL || VESCENT • SINGVL HS XX NVMM • PLEBEI VNIVERSAE • EPVLANTIBVS • SINGVLIS HS VIII NVMMOS L D D D — In confiniis Rajani et Pratulani agri in clivo S. Pancratii rep. a. 1771, nunc Sulmone. Peculiarem de hoc monumento librum scripsit Lupoli, in mutilam veterem Corfiniensem inscriptionem commentarius, Neapoli 1786. Vidit Mommsen, I. N. 5360.

7172. . . [1]) FABIO HERMOG*eni* || EQVO · PVBL · SCRIBAE || AEDIL*icio* || DEC · ADLECT · FLAM · DIVI · HADR*iani* || IN ·

CVIVS · SACERDOTIO · SOLVS · AC · P*rimus ludos* ‖ SCAENICOS · SVA · PECVNIA · FECIT ‖ HVNC · SPLENDIDISSIMVS ORDO · DE*curionum* ‖ HONORAVIT · EIQVE · STATVAM · EQVESTREm · *cum in*‖SCRIPTIONE · OB AMOREM · ET · INDVSTRIA*m* ‖ IN · FORO · PONENDAM · PECVN · PVBL · DECR*evit* ‖ INQVE · LOCVM · EIVS · AEDIL · SVBSTITVENDV*m* · · · · · · *fratrem* ‖ PVTAVIT · IN · SOLACIVM · FABI · PA*tris* ‖ QVI · OB · HONORES · EI · HABITOS · HS · L · M · N · *ordini* ‖ DEDIT · EX · QVORVM · VSVRIS · QVINCVNC*ibus* ‖ *quota*NNIS · XIII · KAL · AVG · DIE · NATALI · EIVS · DEC*urionibus* ‖ *si*NGVLIS · ✕ · V · DENTVR · ET · DECVRI*onum* ‖ *lib*RARIS · 2) ✕ · XXXVIIS · LIBRARIS ✕ · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · IBVS · ✕ · XXV · · · · · · · · · — *in latere dextro*: IN · AEDE · ROMAE · ET · *a*VGVSTI PLACV*it* ‖ ORDINI · DECVRIONVM · PRAESENTE ‖ FABIO · PATRE · VTI · SPORTVLAS ‖ DIE · NATAL · HERMOGENIS · FILI ‖ EIVS · PRAESENTIBVS · IN · FORO ANTE ‖ STATVAS IPSIVS DIVIDI ‖ STIPVLATIONE · INTERPOSITA — Basis statuae equestris, rep. Ostiae prope aedem ibi superstitem, nunc in horreis Mus. Vat., ubi vidi cum Mommsenio. Cardinali, *Dipl.* 327; Melchiorri, *Saggiatore* I, 2, p. 146.

1) L, Card.; T, Melch.; nunc deest. 2) [Malim pro decurionum librariis, quos non novi, DECVRI*onibus hono*RARIS. Causa cur hi acciperent non XX, sed CL asses, haec fuit, quod Hermogenes ipse fuerat decurio adlectus. MOMMSEN.]

7173. L · CRESIO · 1) L · F ‖ OVF · PROCVLO ‖ IIIIVIR ‖ MVNICIP · ET · INCOLAE ‖ MERENTI · QVOD · INTER ‖ CETERA · TEMP · MAGIST ‖ SVI · IN · KARITATE · OLEI · CIVIB ‖ SVIS · QVA · · · · · LIBR · PR · P 2) ‖ ET · EPVL · DEDIT ‖ *i*D*e*M · *in d*EDICATIONE ‖ *statua*E · MVNICIP · SVIS ‖ DECVR · SING · HS · VI · ET · PLEBEIS ‖ VTRIVSQVE · XESVS (sic) · SIN*g* ‖ HS · IIII · N · DEDIT ‖ L D D D — Tufici (*Albacina*). Ramelli, *Tufico*, inscr. n. XXIV.

1) Sic in lapide legi, editor litteris quoque sciscitanti mihi confirmavit. 2) *quae* · · · · · LIBR*ae* PR*opria* P*ecunia*.

7174. Q · PLOTIO · Q · FIL ‖ QVIR · ROMANO ‖ EQVO · PVBLICO · EXORN ‖ A · DIVO · HADRIANO ‖ AED · FLAM · ROM · ET · AVG ‖ FLAMINI · DIVI · TITI ‖ HVIC · DECVRIONES ‖ STATVAM · PVBLICE · PONEND ‖ DECREVERVNT ‖ PLOTIVS · NIGER · PATER · HONORE · VSVS ‖ DE · SVO · POSVIT · L · D · D · D — a dextra: DEDIC · XVI · K · APR ‖ T · HOENIO · SEVERO ‖ M · PEDVCEO PRISCINO ‖ COS 1) — Rep. Ostiae, nunc in Mus. Vat. Fea, Fasti n. 27. Vidi ipse.

1) A. 141.

7175. Q · CLVVIO ‖ QVIR · MACRO ‖ OMNIBVS HONORIB ‖ APVD SVOS FVNCT ‖ CVI PRIMO OMNIVM ‖ IN DVMVIRATV (sic) ‖ SCHOL · ET STATVAS ‖ ORDO DECREVIT ‖ HELVETI · PVBLICE ‖ INPEND · REMISER ‖ MACRIVS NIVALIS ‖ ET MACRIVS MACER ‖ LIBERI — Aventici. Bull. Inst. Arch. 1852,

p. **114**; cf. l. l.: · · · · · · · · ‖ *cluvi* · *m*ACRI · VX*ori* ‖ · · · · · N PROFESSI ‖ *p*RONEPT QVI CVRIAM ‖ DONAVIT ‖ HELVETI · PVBLICE ‖ INPENDIVM REMISER ‖ MACRIVS NIVALIS ‖ ET MACRIVS MACER ‖ LIBERI —

7176. IN · H*onorem* ‖ NVMMIAE · VARI‖AE · [1]) C · F · M · NVMMI‖O · IVSTO · PLEBS ‖ PELTVINAS · PATRO‖NO · OB · EXIMIAM ‖ ADFECTIONEM ‖ EIVS · QVAM · VNI‖CE · EXERCVIT · HVIC ‖ SPLENDIDISSIMVS ‖ ORDO · BISELLIVM ‖ DECREVIT · GVBI‖TVMQVE · [2]) CONCES‖SIT · L · D · D · D — *Bominaci* prope Peltuinum Mur. **544**, **1**; Mommsen, I. N. **6035**.

1) Cf. n. 4036. 2) l. CVBITVM.

7177. D · M ‖ SEX · FVLCINIO ‖ SEX · F · VEL · VERO ‖ DEC · PARENT ‖ AN · XIIII · DIER · XXXVII ‖ HVIC · ORDO · PIENTISSI‖MVS · D*e*CR · SVO · FVNVS · PVB ‖ ET · RES · PVB · TVRIS · LIB · TRES ‖ TITVLIS · PVBLICE · FERRI ‖ VNIVERSI · CENSVERVNT ‖ HVIC · ET · COL · FABR · TVRIS ‖ MITTENDI · HABVIT · HON ‖ QVI · PARENTES · SVOS ‖ MISEROS · SENES · IN ‖ LVCTV · RELIQVIT ‖ PARENTES · FILIO ‖ PIENTISSIMO · ET · SIBI ‖ VIVI · POSVERVNT — Parentii. *Istria* I, p. **329**.

7178. SERGIA PRISCA HANC IN ‖ HONORE L CACI REBVRRI F ‖ II·VIR · ET DECVRIONES OSTESES (sic) ‖ FVNERE PVB STATVAMQ ET ‖ TVRIS P L [1]) CENSVER · L · KACIVS[2]) ‖ REBVRRVS H V [3]) FVNERIS IM‖PENSAM REMISIT — Ostiae. *Giorn. Arcad.* XXXIX, 1828, p. 215; Cardinali, *Dipl.* n. 341. A dextra inscriptionis littera A forma maiore sculpta est.

1) *Pondo* L. 2) CACIVS, Card. 3) *Honore* V*sus*.

7179. AVELIAE ‖ Q · F · PRISCAE ‖ SEVERIAE · SEVERAE ‖ CAPRIA · Q · F ‖ QVINTA · MATER ‖ POSVIT ‖ QVAE · OB · DEDICATIO‖NEM · STATVAR · FILIO‖RVM · SVORVM · EPVL ‖ DEDIT · MVLIERIB · SING ‖ ✕ S L · D · D · D — Sulmone. Mommsen, I. N. **5439**.

CAPVT XVII.

COLLEGIA. CORPORA. SODALICIA. SCHOLAE ARTIFICVM ET OPIFICVM.

N. 4054: v. 8. ALEIVS; v. 9. nota *qq*, a nomine Volusii Marciani spatio separata, ad nomen M. Cornelii Secundi pertinet, cum quo posteriore quodam tempore videtur adiuncta esse; v. 13. HELIVS. Vidi ipse in Museo Capitol.

N. 4056: v. 5. FABR . II . ET . Q . II; v. 8. CLAVDIAE . T . (fortasse TI) LIB; v. 10. SODALIC .; v. 12. T . CLAVDIVS (?); v. Ann. Inst. Arch. 1839, p. 41, ex Colucci, append. Fal. p. 56, tav. II.

N. 4067: v. 3. 4. GRATTIARIORVM ‖ INAVRATORVM, Kellerm.; vidi in Mus. Vat.

N. 4069: vv. 4. 6. l. PATR; v. 8. num VICE . *Magistri*? ut *pro magistro* in collegiis sacris haud raro habemus. *Vici magister* Orellii mihi parum placet, quippe qui cum iuvenibus forensibus coniungi nequeat. Quapropter si meam non probaveris coniecturam, ITEM legendum erit.

N. 4070; v. 5. SEPVLT . IVNCTOS; Labus, *lettera a Cicogna*, p. 12.

N. 4071: v. 4. VIR; v. 10. Ↄ deest; v. 11. CENTVRIAE; v. ult. L . D . D . C; Aldini, *Marmi comensi* n. 95.

N. 4072: titulum Mur. 514, 1 v. Or. 3178.

N. 4074: v. 3. pro CONSTANTINO lege DIOCLETIANO, cuius nomen ita abrasum est, ut hodie solae litterae NO in lapide exstent; v. 7. SOLAIARIORVM, i. e. *solaeariorum* = *soleariorum*; v. ult. Q pro QVE. Vidi ipse in Mus. Cap.

N. 4078: v. 3. MODERAT cognomen est; de collegio vero equitum recte Or. dubitat.

N. 4082: de hoc titulo difficillimo cf. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 222.

N. 4086 = 3690; v. 6. scr. CAPENATIVM.

N. 4087: Ostiensis est.

N. 4088: v. 2. COLLEG; v. 3. IMPENDIS; v. 4. PRIMIGENIO; Tolentini vidit Mommsen.

N. 4090: inscriptionem ab Orellio laudatam v. n. 5089.

N. 4091: v. 1. DC; v. 5. C . FVVLI (scr. FVLVI); v. 6. PILONICVS. Vidit Mommsen; cf. *Ztschr. f. gesch. R. W.* XV, 3, p. 330.

N. 4092: vv. 3. 4. SODALIC HORR GALBAN COHORT; v. 5. APHRODISIVS; v. 6. dele COHORT; Mommsen, I. N. 6760.

N. 4093: v. 1. LOC . SEP . DON; v. 3. IVMENTARIOR; v. 5. EOR; v. ult. QV. Vidi ipse.

N. 4100 = 3949.

N. 4102: v. 1. SAC . .; v. 3. IVVEN; vv. 4. 5. DECVR . . . . NATO ‖ MILITI . . E . . . . . CAE (fortasse *ornato militiis equestribus*, ut n. 6930); v. 6. ET AVGVRI iam non legitur, sed notavit Mommsenius: . . . . . II; v. 7. IVVENV . .; v. ult. OPTVMO. Vidit Mommsen, I. N. 2456, et genuinum esse iudicavit.

N. 4106: num Ostiensis, ut n. 4087? Nota praeter Augustalium munera *traiectum* quoque sive *marmorum* sive *marmorariorum*, conferendum cum *traiectu Luculli* in alia inscriptione Ostiensi obvio (n. 4109).

N. 4108: v. 2. POB; titulum nexibus plenum v. apud Orti, *Antichch. di Garda e Bardolino* cet. tab. II. n. 4.

N. 4109: v. 15. OLEARIOR. Vidi ipse. Not. 1. *decurionum decreto decurioni adlecto*, Quaestori Aerarii (?); *aedilis* certe non est. Not. 2. dele. TOGATOR enim in monumento legitur.

N. 4113: fortasse genuinus; in rebus certe nihil suspecti inest.

N. 4119: *utricularios* homines esse, qui utres fabricantur, exposuit nuper Boissieu, *Inscr. de Lyon*, pag. 401. approbante Mommseno. Ann. Inst. Arch. 1853, p. 78.

N. 4119 pro VTRI. CAB fortasse legendum VTRICLAR

N. 4120, not. 1. CORporato cet.; not. 3. *Nautae Arelatensis*, ut mihi videtur.

N. 4122: v. 3. L VITALIO.

N. 4124: v. 5. SPLED; vv. 8. 9. MARTESIVM; Mommsen, I. N. 1525.

N. 4126: v. 1. VERZOBIO; v. 8. dele PER; vv. 11 seqq. HONORIFICENT|IAE. EIVS. PATRONO. PRAES|TANTISSIMO. POSVIT; id. 1529.

N. 4127: v. ult. PONENDAM. ESSE: id. 1430.

N. 4129: vv. 3. 4. RELI|GIOSISS CIR cet.: id. 1528.

N. 4132: v. 4. PECVN; v. 5. NATALE; v. 6. EPVLANTIB; v. 7. CONDI-CIONE; v. 8. CENENT; v. 9. $\overline{\text{VI}}$. ID. IVN. DIE. NATALE; v. 11. PERTVVM (sic); v. 12. PERTINEANT. VTI. I. VI (sic); id. 1504.

N. 4135: v. 2. MESSALLA; v. 4. PVBLIOLVS; v. 9. CN. BAIO; id. 2624. Not. 3. *Ornato Viro*. ob quem titulum Puteolis inscriptionem tribuo; cf. n. 7169; not. 4. *Patrono Coloniae Nostrae*. Decretum autem ordinis, non collegii est.

7180. ANTIVS VICTORICVS CVM | ANTIOS VICTORICV ET MVSOLV IVNIORES VISO | MONITI LIBENS ANIMO COLEGIA-RIS DONAVE|RVNT EXS N CC S P F D D[1] — Constantinae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXVII, 52.

1) EX *Sestertiis Nummis* CC *Sua Pecunia Faciendum DeDerunt*; Clarac, p. 1292. Fortasse melius: *Fecerunt Decreto Decurionum*.

7181. C · AELLIVS (sic) ASTRAGALVS | CVRATOR | FVIT · IV · NON · · C · ·[1]) VSCE AD · | VI EID DEC M AGRIP T STAT COS[2]) | RIA[3]) C IVLI HELENI TVRMA | C IVLI ELATI — Pompeiis, in vico theatri. Vidit Mommsen.

1) *oCt*? 2) A. 37. a. Chr. 3) *decuRIA*? Turmae, quae sequuntur, ad alam quandam pertinere videri possit: sed curator et ipsa indoles hominum, quos libertinos esse nomina demonstrant, ad collegium inscriptionem spectare indicant, licet nunquam me *turmam* collegii repperisse meminerim.

7182. MINERVAE ET FORT*unae* | SACR | C · MANLIVS EVHO-DVS HON[1]) | ET DECVRIONIBVS | Q Q[2]) D D | DEDICAVIT XI · K · IVN | P · IVVENTIO CELSO $\overline{\text{II}}$ | L NERAT · MARCEL · $\overline{\text{II}}$ COS[3]) — Romae, in Villa Negronia. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 18.

1) HONoratis, sc. collegii alicuius. 2) Intellige: QuinQuennalis. 3) A. 129; cf. Borghesi, l. l. p. 36 et Ann. Inst. Arch. 1852, p. 13 seqq.

7183. FORTVNAE | AVG · SAC · C | NEMONIVS · SENECIO · CV ·[1]) ET · T | TERTIVS · FELIX · Q | ET CATIVS · VERE-|CVNDVS · ACT | D · S · P — Mogontiaci. *Rhein. Jahrbb.* II, p. 97, n. 47; Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 295.

1) Explicant CVrator; recte, ut videtur; sed spectat ad collegium quali, quaestor et actor postea commemorati.

7184. IN · BASILICa convenerunt · (?) ‖ QVINQVENNALI ‖ PROCVLEIVS THAMYRas ‖ MAGISTRI · SESQV · · · ·¹) ‖ ... REFRIVS · MERCVRIVS ‖ C · MAECENAS · MARTIALIS ‖ DE... RIONES ‖ Q · SETIVS A · · · · — Romae, rep. ad D. Sebasti... Appiam. In schedis meis non adnotavi, unde hanc inscripti... desumpserim.

1) SESQViplares vel SESQViplicares, mibi certe ignoti. [Explica ex lege coll... salutaris n. 6086, quae iubet quinquennalicio partes sesquiplas ex omni re ... Mommsen.]

7185. FELICI · ‖ ARRIAE ‖ TIGRIDIS ‖ SER · ‖ CONLEGIVS ‖ P · S · T · T · L¹) — Peltuini (*Prata*). Vidit Brunnius.

1) *Posuit Sit Tibi Terra Levis.*

7186. D · M ‖ COLLEGIVS (sic) · A‖QVARIORVM ‖ SEX · PEDVCEO ‖ FACETO ‖ SODALES · POS — Venusiae. Mommsen, I. N. 744.

7187. GEN ‖ COLLEGI ‖ ARIMINES¹) ‖ L · MARIVS ‖ PEGEVSI B · M · D · D — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 292, 9; Nov. litt. Flor. XVI, p. 824. Est iam n. 1710.

1) Lege ARIMINIE*nSis*.

7188. EVNEA > ‖ VIXIT > ANN > XX > ‖ EX > COLLEGIO > BAVLA >¹) ‖ PERMISSV · CORINTHI > ‖ PROC > ARTICHNVS · F — Rep. Baulis, nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2582.

1) BAVLA*no*; servorum collegium est.

7189. CALLISTIONI · CELLAR ‖ CONLEG · CASTRIENSE (sic) ‖ DAPHNO · SVMP · ¹) HEDYLALO ‖ A MANV · CVRATORIB — Romae, in sepulcro Volusiorum ad V. Appiam. Cardinali, *Dipl.* p. 136, n. 257.

1) SVMP*tuario*; cf. Grut. 333, 5.

7190. EVHODI ‖ M · AVREL · SABINIANO ‖ AVGG · LIB · PATRONO ‖ CIVITATIS · ANAGNINOR ‖ ITEMQ · COLLEGI CAPLATO‖RVM DECVRIALI DECVRIAE ‖ LICTORIAE POPVLARIS DENVNCIATORVM ‖ ITEMQ · GERVLOR · SED ET DECEMVIRALIS¹) ‖ S · P · Q · A · ERGA AMOREM PATRIAE ‖ ET CIVIVM QVOD THERMAS LONGA INCVRIA ‖ NEGLECTAS SVA PECVNIA RESTITVERIT ‖ STATVAM EX LEG · ²) SVIS · PONEND · CENSVER ‖ OB CVIVS DEDIC · DEDIT · DECVR · ✕ · V · SEXV ‖ ✕ II POP ✕ I ET EPVLVM SVFFIC · — Anagniae. Dionigi, *viaggi* fol. 24; Mommsen, *Rhein. Mus. N. F.* VI, p. 49 ex apographo Brunnii.

1) Idem quod *decemprimus*, M.; sed cf. nn. 7128. 7129. 2) EX LEG*atis*; cf. 120. — Ad eandem thermarum restaurationem spectat hic titulus et *ipse* a Brunnio exscriptus: MARCIAE AVREL ‖ CEIONIAE DEME‖TRIADE (sic) STOLATAE ‖ FEMINAE ¹) OB DEDICATIONEM ‖ THERMARVM QVAS POST MVL‖TVM TEMPORIS AD PRISTINAM ‖ FACIEM SVIS SVMPTIBVS RESTAV‖RAVERVNT . ²) S . P . Q . ANAGNIN ‖ STATVAM PONENDAM CENSVERVNT‖O (sic) CVIVS DEDICATIONEM DEDIT DECVRI‖ONIBVS ✕ V . SEVIR . ✕ II . POPVL . ✕

WING . || ET EPVLVM SVFFICIENS . OMNIB — Dionigi, l. l. *Nov. lett. Fior.* 1765, 7.

1) Cf. n. 3030. 2) Nota numerum pluralem ideo, credo, positum, quia una cum Eubodo thermas Marcia restauravit.

7191. . . . . *decurionibus* || ET · PLEBEI · COLLEGI · CONCORDIAE · AVGVSTIANORVM || FAMILIAE · CASTRENSIS || ALEXANDER · MARCELLIANVS · ET · ENCOLPHIVS || DOMITIANVS · CVBICVLARI · STATIONIS · PRIMAE · 1) D · D — Romae. Fabr. de col. Traiana, p. 184.

1) Cf. n. 2906.

7192. L · LVCILIVS · L · L || SVCCESSVS || QVINQ · COLLEG || CENTONAR · SIBI · ET || FANNIAE · LEAE · CONT||V · F — Aeserniae. Mommsen, I. N. 5060.

7193. D M || T · IEGI · IVCVNDI || VI·VIR · AVG || ET · DECIMIAE · HALI||LIAE · EIVS || FILETVS · LIBERTVS || HIS · EPVLE · DEBENTVR || A COLLEGIO CENTONA||RIORVM BRIXELLANO||RVM — Brixelli. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 132.

7194. DIS · MANIBVS || L · CALPVRNIVS · CHIVS · SEVIR · AVG || ET · QVINQVENNALIS || IDEM · QVINQ · CORPORIS · MENSOR || FRVMENTARIOR · OSTIENS · ET · CVRAT || BIS || IDEM · CODICAR · CVRAT · OSTIS · 1) ET · III · HONOR 2) || IDEM · QVINQVENNAL · COLLEGI · SILVANI || AVG · MAIORIS · QVOD EST · HILARIONIS || IVNCTVS · SACOMARI · 3) IDEM MAGISTRO AD MARTE (sic) || FICANVM · 4) AVG · IDEM · IN · COLLEGIO · DENDROFOR · || FECIT · SIBI · ET || CORNELIAE · AMPLIATAE · CONIVGI · SVAE || CARISSIMAE · CVM QVA · VIXIT · ANNIS · XXXI || CALPVRNIAE · L · LIB · PTHENGIDI · LIBER·TAE (sic) || CARISSIMAE · L · CALPVRNIO · FORTI · VERN · LIB · || L · CALPVRNIO · FELICI · LIB · L · CALPVRNIO · ADAVCTO · VERN · LIB || CALPVRNIAE · L · F · CHIAE · VERN · CALPVRNIAE L F || AMPLIATAE · VERN · L · CALPVRNIO · L · F · FELICI · VERN · 5) || L · CALPVRNIO · L · F · PAL · CHIO · FELICISSIMO || LIBERTIS · LIBERTAB · POSTERISQ · EORVM · B · M — Ostiae rep.; nunc Romae in suburbano, quod olim fuit Paccae cardinalis. Vidi ipse. Ann. Inst. Arch. 1851, p. 154.

1) Ex eo, quod *codicariorum curator Ostiis* Calpurnius appellatur, plures eorum curatores, sc. Romae et Ostiae, fuisse deduxi; unum nempe collegium effecisse codicarios inter Romam et Ostiam navigantes, ut corpus commemoratur *piscatorum et urinatorum totius alvei Tiberis* (Or. 4115). 2) *ter honoratus.* 3) Lege SACOMARIO, locus enim indicatur, quo collegium coire solebat; cf. 4109. 4) De Ficana antiquissima Latinorum civitate cf. Plin. N. H. III, 5, 9; Festum s. v. *Puilia saxa*; Liv. I, 33; Dionys. III, 38. Post tot saecula oppidi diruti memoria in nomine templi cuiusdam Iovis vivebat, sicut Caeninenses et Succiniani sacerdotes Caeninae et Succinii memoriam conservabant. De loco, ubi Ficana sita erat, cf. Nibby, *Dintorni* II, p. 42. 5) Nota Calpurnios L. f. et tamen *vernas* dictos, quos filios credo libertorum ante manumissionem natos; cf. l. l. p. 166. [Nonne filii sunt libertorum nati in aedibus patroni? MOMMSEN.]

7195. *imp* · *ca*ES · DIVI · AN*tonini* · *pii* || *fil* · *div*I · HADRIAN*i* · *nep* · *divi* || *traia*NI · PARTH*ici* · *pronep* || *divi* · *n*ERVAE ·

